non includat intra breuē terminū. ¶ Dn̄e deus virtu
tū. ego nō miror ſi quinqꝫ ſenſus corporales terminā
tur ⁊ includūtur intra breuē terminū: ex eo ꝙ corpus
in quo ipſi ſituant et locant eſt finitū,/ ⁊ cōprehēſum
intra certū ⁊ modicū terminū. ¶ Unde ſicut quinqꝫ
ſenſus corporales ꝯphendūtur intra modicū termi-
nū/ ⁊ hoc cauſa humani corporis terminati ſimiliter
intra breuē terminū/ in quo collocant dicti quinqꝫ ſen
ſus: ſic domīe ego valde timeo ꝙ ſenſus ſpirituales
mee anime terminētur intra breue ſpaciū termini/ et
hoc cauſa maloꝝ operū que ſemꝑ eſt amplexa. ¶ Et
ſi ſenſus ſpirituales mee anime terminātur intra bre
uē terminū/ ⁊ opa q̄ ego feci ſunt modice quātitatis:
qđ erit meū iudiciū ſi tempus vite mee fuerit breuis
ſpacij/ ⁊ ego moriar ſine bonis operibus? ¶ O glorio-
ſe dn̄e nō eſt magnus labor alicui querere te lōge: qa
tu es valde prope nos: cū ſis intimior nobis q̄ꝫ nos
nobis. ¶ Unde poſtq̄ꝫ tu dn̄e es infinitus/ ⁊ nos ſu
mus finiti in te: multū eſt facile oībus illis qui volūt
te querere recto itinere/ ꝙ inueniāt te ſemꝑ quādo te
voluerint inuenire: quia tu es vbiqꝫ totus/ ⁊ nos ſu-
mus terminati ⁊ limitati itra tuā infinitatē. ¶ Ergo
dn̄e deꝰ nō oportet iuſtos q̄ tibi ſeruiūt volucre facie
ſuā ex vna parte ad aliā ꝓ te querendo quādo te vo
luerint inuenire: quia poſtq̄ꝫ tu es vbiqꝫ/ ipſi poterūt
te inuenire in ſuis cordibus. Quia maxime propin-
quus locus vbi tu inueniris/ eſt cor hominis iuſti: et
remotiſſimus locus vbi tu nō inueniris/ eſt cor pec-
catoris. ¶ Unde dn̄e deus ſi ego ſim de numero pec
catoꝝ/ ⁊ tu diſtas ⁊ es remotus a me ꝓpter peccatū:
quando erit illa dies proſpera qua ego inueniam te?
certe ego non poſſum te inuenire/ nec tu potes eē in
me/ donec ego prius mundificer a peccato: licet ego
ſim ſicut artificiatum in arte in te/ ⁊ tu ſis infinitus:
et ambias omnia extrema mundi. ¶ Et ſicut eſt val
de neceſſariū homi nimis onerato quē oportet lōge
ꝓficiſci alleuiare pōdus ſuū/ ſi velit cito cōplere ſuā
viam/ vl' ꝑuenire ad illū locū quo oportet ipſum ire:
ſic dn̄e deꝰ eſſet michi valde neceſſariū ꝙ tu alleuia-
res me et exonerares de peccatis meis qbꝰ ego ſum
valde oneratꝰ/ ⁊ ꝙ infunderes michi tuā gratiā qua
ego per mea opa ꝑuenirē ad virtutes quibꝰ tu inue-
niris ⁊ exiſtis in quolibet. ¶ Dn̄e deꝰ qui admones
peccatores ad agendū penitentiā: poſtq̄ꝫ ego ſum fi-
nitus ⁊ terminatus ī me/ ꝯcede michi ꝑ tuā miſericor
diā ꝙ tu ſuccendas me feruore dilectionis vſqꝫ adeo
ꝙ ego diligam te feruenter/ et glorificem te in eternū
¶ Et ſi forte ego nō receſſero a peccato ꝓpter tuam
admonitionem nec ꝓpter feruorē ſtimulationis tui
amoris: dignare ꝑ tuam clementiam taliter figere in
corde meo memoriā tue paſſionis/ ꝙ nūqꝫ poſſit ex
eo exire. ¶ Dn̄e deus infinite bonitatis/ cū nos ſimꝰ
finiti in nobis/ ⁊ tu infinitus in te: cura quam tu ha-
bes in diligendo nos eſt infinita: et facit noſtras cu-
ras eſſe ꝓpinquas tue dilectioni. ¶ Domine deꝰ/ ve
ra certificatio dubioꝝ ego poſſum dicere veriſſime
ꝙ ſum quoddā mirabile ſpectaculū: quia ego ſum il
le qui ſemꝑ dilexi et amplexus fui res finitas/ et tra-
didi obliuioni te diligere qui es infinitus. ¶ Quare
domine ego confiteor et concedo me eſſe adeo ple-
nū criminibus: ꝙ niſi tua miſericordia eſſet ita ma-
gna/ exiſtimarem meipſum prorſus indignū ꝙ ali-
quo tempore poſſem conſequi a te veniam: eo ꝙ ha
ctenus habitauerunt ſepius in corde meo male cogi
tationes rerum finitarum: q̄ꝫ cogitationes tui qui es
infinitus. ¶ Et miror valde intra me quonam mo-
do poteſt id eſſe ꝙ in tam modico corpore ſicut meū
eſt/ ⁊ in tam modico corde poteſt recipi tātū malum
ſicut recipitur. attamen poſtea quādo ego cogito ve
ro modo qualiter poteſt iſtud accidere: ego īuenio ꝙ
nō eſt mirabile ſi illud tantū eſt malū in me/ vel etiā
maius adhuc. quia ego ignoraui ſemꝑ te creatorem
meū infinitū: cui ego debuiſſem ſeruiſſe toto tpe vi-
te mee. ¶ Dn̄e deꝰ q̄ cōſeruas iuſtos in vera pace et
in vera cōcordia/ licet ea q̄ tu creaſti ſint finita: ꝓpter
hoc non ſequitur ꝙ in illis non ſit maximū bonum/
ꝓpter qđ homo ꝑuenit ad eternā vitā q̄ eſt ſine fine.
¶ Item dn̄e deus/ firmiter cognoſco ꝙ propter ma-
gnas malicias et defectus qui ſunt in rebus finitis:
homo amittit eternam beatitudinē alterius ſeculi/ ⁊
meretur pati ꝑpetuas penas. ¶ Unde ꝓpter hoc do
mine ego ꝑfuſus lachrimis oro tuā clemētiā: ꝙ ipſa
infundat michi gratiam ſequendi ⁊ amplectendi il-
la ꝓpter q̄ homo ꝑuenit ad ꝑpetuā requiē/ ⁊ fugiēdi
illa ꝓpter q̄ homo ꝑuenit ad ꝑpetuas penas. ¶ Do
mine deꝰ q̄ circūdas oīa tā remota q̄ꝫ ꝓpinqua/ pre
ſta michi gratiā ꝙ ſemꝑ quādo ego audiero ſermo-
nē fieri de rebus finitis: ꝙ ego recolā meā vilē ꝯditio
nē/ ⁊ meā humanā fragilitatē. ⁊ ſemꝑ quādo ego au
diero v̄ba fieri de re īfinita: ꝙ ego reminiſcar tui q̄ es
infinitus/ ſic ꝙ ego ſeruiā tibi corde ⁊ mēte q̄ꝫdiu pla
cuerit tibi ꝙ vita ſit michi comes. ¶ Item dn̄e hu-
militer oro te ꝙ tua miſericordia extēdatur adeo in
me: vt cuſtodias me et conſerues in virtutibus dum
reſpirauero in hoc mūdo/ ſic ꝙ res finite nullā pote-
ſtatē habeāt ſuꝑ me: nec remoueāt me a tuo ſeruitio:
nec a laudibꝰ tui nominis qđ eſt dignū honore quo
libet ſine fine. Quia licet ego ſim finitꝰ intra tuam ī-
finitatem: tamen bene cognoſco ꝙ tua miſericordia
tantum operata eſt in me/ ꝙ dedit michi intellectum
et rationem: quibus ego cognoſco ꝙ tu qui es ſi-
ne aliqua finitate/ es verus creator meus/ et verus
deus.

¶ Incipit tertia distinctio / in qua tractatur de eternitate diuina

¶ Qualiter deus est sine principio.

DEus alpha ⁊ o / cuius eternitatē nullum tempus precedit: cum tu domine sis ille qui es sine principio. quando aliquis contemplatur tuam eternitatem / ⁊ cogitat ⁊ ꝑpendit ꝙ tu es tātū qui es sine principio: ipse relinquitur totus stupefactus cum tue eternitatis recordat̄ que est sine principio. ¶ Unde nō est mirandum si quādo quis tuam eternitatem contemplatur: si eius intellectus hebetatur: eo ꝙ nullus hūanus intellectus potest attingere ad eam contemplandā aut intelligēdam que in te caret principio. Quare propter hoc domine quādo nos cōtemplamur ⁊ cernimus tuā eternitatē: necessariū est ꝙ contemplemur ⁊ cernamus illam secundū maximā ⁊ mirabilē excellentiā nobilitatis quā intelligimus in te eē. ¶ Et si nos dn̄e deꝰ cōtēplamur verissime tuā eternitatē: oportet nos cōtēplari ꝟtutes que debētur rei eterne carēti ꝓncipio, ⁊ si nos illas recte inspexerimus: nos ꝑcipiemus ꝙ omnis laus ⁊ oīs gloria debet tue etnitati attribui.

¶ Attamē dn̄e deus vsq₃ adeo est excellentis ꝟtutis tua sancta eternitas: ꝙ noster intellectus nequit cōprehendere neq₃ attingere ad ꝑcipiendas virtutes q̄ debentur tue eternitati. ⁊ id accidit nostro itellectui eo ꝙ ipse habet principiū / ⁊ tua eternitas caret illo. quare dn̄e fimbrie nostre potestatis non dilatantur intantū vt possimus contemplari tuā eternitatē secūdū suam maximā nobilitatē: imo oportet vt nos cōtemplemur et cernamus illā secūdū modicā ꝑceptionē nostri intellectus. ¶ Unde dn̄e tuā elemētiā oro suppliciter ⁊ deuote / ꝙ illa dignetur ita me adiuuare: vt bona tēporalia non impediant intellectū meū ad cōtemplandā illā modicā ꝑceptionem quā percipit de tua eternitate: imo quotidie adiuuet illum ⁊ illuminet de bono in melius. ¶ Dn̄e deus si quis subtiliter velit considerare qualiter quicq̄d habet principiū qđ est etiā nūc i eē / possit esse in ꝓuatiōe: quia ex nūc quādo est in esse / non potest ꝑ se sustineri in suo esse: ipse inueniet ꝙ improportionaliter est maxima differētia inter tuā eternitatē (q̄ est sine ꝓncipio) et eē suū / ⁊ inter eē omniū rerū q̄ sunt create habētes principiū. quia res que habēt ꝓncipiū potuissent non eē: sed eternitas tua non habens principium nō potuisset non esse. ¶ Unde dn̄e facile potest constare vnicuiq₃ ꝙ esse habens principiū non est in esse per se: sed per aliud / ⁊ ꝙ nequit esse infinitum nec eternum: ⁊ ꝙ potuisset esse ꝙ non deuenisset in esse. sed cū tua eternitas non habeat principiū; clare liquet ꝙ aliq̄s istorum defectuū non potest esse in ipsa: imo est in ipsa omnis virtus et omnis excellentia laudabilis.

¶ Item cū omnia habētia pricipiū que sunt in esse: deuenerūt in esse per aliud ⁊ non per se: constat ꝙ aliud est ex necessitate in esse qđ dedit illis principiū et esse / qđ etiam oportet necessario eē eternū / postq₃ dedit ceteris rebus principiū: sed illud non est nisi sola eternitas tua deus. ¶ Domine deus ob cuius gratiam cuncta sunt in esse / cū tua eternitas sit sine principio: dignare vt pius ⁊ misericors / ꝙ quādo nos illuminati ꝑ tuam gratiā incipiemus te diligere ⁊ glorificare: ꝙ noster intellectus ⁊ nostra mens non possint aliq̄d aliud ꝯtēplari nec cogitare ad diligēdū nisi solū te. Quia postq₃ tua essentia caret omni principio / facile est tibi dn̄e ꝓstare michi tantā gratiā: ꝙ figas tātū amorē in corde meo ad diligendū te / ꝙ nichil aliud possim diligere nec glorificare aliquo tēpore nisi te solū: cui tantū oīs gloria debet̄. ¶ Nā talis amor est necessarius seruo tuo: cū aliqua creatura non habeat quid pro suis meritis suo respōdeat creatori. ¶ Dn̄e deꝰ ꝑ cuiꝰ misericordiā rei a suis noxis liberant̄: tuā clemētiā hūiliter deprecor ꝙ tu prestes gratiā vnicuiq₃ volēti sub tuo seruitio militare / quādo ipse forte incipiet in via tui seruitij deficere / ꝙ ipse cogitet tuā eternitatem redditurā oibus merita imꝑpetuū secundū sua opera. ¶ Item dn̄e tibi deuote supplico ꝙ taliter disponas linguas omniū hominū ad laudandā tuā benedictā etnitatē: vt nichil aliud possint ꝓferre nisi laudē ⁊ gloriā ipsius. quia si oēs lingue omniū creaturarū q̄ sunt / conarent̄ manifestare bonū tue etnitatis: nō possent sufficere ad exꝓmēdū (vt ita loquar) minimā partem eius. ¶ Item dn̄e deus / si oēs oculi tam corporales q₃ mētales q̄ sunt / qui fuerūt / ⁊ q̄ erūt / vellent videre gloriā et laudem ꝑtinentem ad tuā eternitatē: nō sufficerēt ad videndū nec ad imaginandū solū minimā partē ipsiꝰ (vt ita loquar) Quia mens mea sentit penitꝰ dn̄e deꝰ ꝙ ferme ita videat̄ iniuriosum esse vt aliq̄d habēs ꝓncipium audeat ꝯtēplari ⁊ cogitare rē carentē ꝓncipio: sicut videt̄ iiuriosum ⁊ incōueniēs ꝙ vilissimꝰ homo indutus vestibus sordidis ⁊ incultis audeat sedere iuxta regē ornatū suis regalibus vestimētis. ¶ Dn̄e deus sepe accidit ꝙ multi homines viles et pauperes intrant in ꝯspectū regū: licet iiuriati sint eis: ⁊ reges flexi misericordia miserent̄ eoꝝ / ⁊ auscultāt ꝟba eoꝝ ⁊ postea exaudiūt ꝓces suas. ergo tu dn̄e q̄ es rex regū ⁊ dn̄s dominātiū flecte tuā iusticiā misericordie tue / ⁊ da gratiā seruis tuis pauꝑibꝰ ⁊ miseris vt exaudias eos quādo adorāt te ⁊ ꝯtemplātur tuā eternitatē. Quia licet serui tui sint miseri ⁊ vilis conditionis: ita ꝙ nō sunt digni cōtēplari te: id tamē non efficit ꝙ eoꝝ ꝯtēplatio obsit tibi. q̄a vilis eoꝝ cōditio nō potest diminuere tuā dignitatē: quare te precor ꝙ tu eis nō ꝓhibeas cōtēplari tuam eternitatem. ¶ Dn̄e deus cuius eternitas demonstratur ꝑ principiū omniū creaturarū: tunc quando iustus meditat̄ secū et

creaturarum: tunc quãdo iustus meditatur secum ꝛ contemplatur tuam benedictã eternitatem et alias tuas virtutes: non timet inimicos suos odiẽtes eũ/ imo redarguit eos de peccatis eorũ. ¶ Ego dñe deus non cesso q̃si dicere quotidie cordi meo (qđ est pessimus hostis meus quẽ habeo) vnde ꝓuenit ĩ te tanta ignorãtia et tanta fragilitas cecitatis: ꝙ cogitasti plus in rebus finitis habẽtibus principium: q̃ȝ in eternitate diuina que est sine principio. ¶ Et si forte cor meũ responderit michi/ ꝙ oĩa predicta mala prouenniunt ex eo quia ipsũ est radix ex qua ꝓueniunt oẽs pessime cogitationes: tunc ego respondebo ei et dicã ꝙ ipsũ exoret tuam clementiã/ ꝙ tu digneris remouere ex eo illam radicem pessimam / et imponere in eo radicem productiuam bonarũ cogitationũ: sic ꝙ ĩ eo nequeat esse aliqua cogitatio preter cogitationem feruoris tui amoris ¶ Quia tu domine deus (qui facis seruos tuos esse participes tue eterne glorie) es primũ bonũ mei esse/ ꝛ ꝓmũ quod diligit esse meum es tu: quia tu creasti illud. et ꝓmũ contra quod ego erraui/ fuisti tu: et primũ etiã quod ego tradidi obliuioni. ¶ Quare dñe deꝰ rationi est consentaneum ꝙ omnis virtꝰ ꝛ oĩe bonũ recognoscatur tibi soli debere attribui: ꝛ omne viciũ ꝛ omnis fragilitas vanitatis michi hũano. quia oĩe bonũ procedit a te: et omne malũ est in me vilissima creatura. ¶ Unde te deprecor dñe deus deuota mente/ ꝙ licet mee conuersationis principiũ fuerit malũ/ et peruersum/ ꝛ contrariũ rationi: ꝙ finis meus bonis operibus terminetur. ¶ Domine deus cuiꝰ virtutes humanus intellectus nõ potest comprehẽdere/ sicut equus vinctꝰ ad presepe non potest se plus extendere nisi quãtũ vinculũ quo vincitur est lõgũ: sic meꝰ intellectꝰ nequit se plus extẽdere nisi quãtũ a te ꝑmittit. q̃re nõ est cõueniẽs ꝙ meus intellectꝰ percipiat eternitatẽ que est sine principio: quia istud tale ꝑcipere est vltra terminum sibi a te assignatum. ¶ Quia nõ est naturale nec rationabilẽ ꝙ finita habentia p̃cipiũ intelligãt vel ꝑcipiant rẽ infinitã nõ habentẽ p̃cipiũ. vnde dñe si nequeo cõtẽplari te q̃ es sine principio prout deceret excellẽtiã tue nobilitatis: te deprecor suppliciter ꝙ tua sapiẽtia ꝛ tua sciẽtia excusent meã ignorãtiã ꝛ meã fragilitatẽ. ¶ Unde dñe deꝰ/ iustus dicit quotidie cordi suo: si tu non potes contẽplari essentiã diuinã secundũ suam excellentissimã nobilitatem: saltem cõtẽplare eã secundũ tuã fragilẽ possibilitatẽ/ q̃a tibi nõ est attributa tanta potestas ꝙ possis illã ꝑfecte cõtẽplari. ¶ Benedictũ sit dñe deus tuũ nomẽ gloriosũ quia tu infudisti michi tantã gratiã intellectiuã/ ꝙ ego potui ꝑuenire de sensualibus ad ĩtellectualia: in hoc ꝙ percepi in intellectu meo tuam eternitatẽ esse sine principio. ¶ Laus et glĩa ꝛ benedictio sit tibi dñe deus/ quia placuit tibi remouere a seruo tuo amorem rerum finitarum habentium principiũ: et accẽdisti eũ amore tue eternitatis que est sine principio. ¶ Dñe deus placeat tibi ꝙ sicut ego fui principiũ meorum malorũ hactenus: ꝙ tu sis posthac principiũ ꝛ finis meorũ bonorũ/ et ꝙ totũ meũ propositũ ꝛ tota mẽs mea sit deinceps seruire tibi in perpetuũ sancte deꝰ.

¶ Qualiter deus est sine fine.

Deus a quo multa bona procedũt cũ tua benedicta essentia sit sine fine: patet omnibus nobis ꝙ ipsa est eterna. et si eterna est ꝛ carens fine: nullo modo potest esse corruptibilis. ¶ Quia per oppositũ q̃cquid habet finem: est corruptibile secundum naturam. ¶ Unde cũ tu domine deus sis sine fine ꝛ incorruptibilis: nos qui caremus illo munere quãtũ ad corpus secũdũ naturã et sumus corruptibiles: debemus rationabiliter te glorificare et tibi deseruire tanq̃ȝ viles creature suo nobili creatori. ¶ Domine deꝰ cũ constet oĩbus te esse sine principio: quã rationem quis posset pretendere ꝙ tu haberes finẽ: certe nullã. quia postq̃ȝ tua essentia est in esse sine principio per suam dignitatẽ et per suã excellentiã: sic similiter et sine fine. ¶ Nec aliquid est ĩ esse qđ posset tibi dare finẽ: eo ꝙ tua eternitas est incorruptibilis. ¶ Sed nichil posset tibi ꝓhibere ꝙ tu non posses dare finẽ oĩbus postq̃ȝ omnia preter te habẽt principiũ/ et oĩa habuerunt p̃ncipiũ et fuerunt in esse causa tui. quia postq̃ȝ tu potuisti dare oĩbus principiũ: tu posses si esset rationabile dare similiter omnibus finem. ¶ Dñe deus incõprehẽsibilis virtutis/ cũ nos consideramus tuã eternitatem esse sine fine: tunc oritur in nostro intellectu q̃dam mirabilis stupor/ ob hoc ꝙ miramur ꝙ aliquid posset esse in esse qđ careat fine. ¶ Sed iste admirabilis stupor suboritur in nostro intellectu causa defectus nostre intelligentie ꝛ nõ tui. quia noster intellectus est adeo debilis et fragilis: ꝙ necessarium est ipsũ admirari q̃n cogitat vel contẽplatur tuã excellentissimã nobilitatem esse tante dignitatis/ ꝙ non debet habere p̃cipiũ neq̃ȝ finẽ: imo oportet ipsã ab eterno esse. ¶ Sed si nos dñe recte vellemꝰ considerare: nõ deberemus ob hoc aliquo pacto admirari. imo deberemꝰ plus admirari si tu haberes finẽ: quia impossibile est ꝙ aliq̃d qđ nõ habet p̃cipiũ possit habere finẽ. ¶ Dñe deꝰ q̃ cũcta rationabiliter ordinasti/ bñdicta sit tua sãcta eternitas q̃ creauit nos ꝑpetuos sine fine: vt nobis patefieret ꝙ tua eẽntia est eterna scilicet sine p̃ncipio ꝛ sine fine ¶ Uñ ꝓpt hoc nos tenemur ex debito ꝛ ex recta obligatiõe tibi laudes ꝛ glĩaȝ ĩpẽdere: postq̃ȝ dedisti nobis eẽ qđ est sine fine/ vt cognosceremꝰ tuã ꝑtãtẽ q̃ est sine fine. Quare postq̃ȝ nos omnes habemꝰ eẽ qđ est sine fine q̃ȝ beati erũt illi q̃ tua grã mediãte/ suis meritis obtine=

bunt gl'iam sempiternā. ⁊ q̃ maledicti et īfelices illi qui ipꝑetuū ī inferno diuersis cruciatib⁹ torq̃bunt: vnde concede michi dñe ꝑ tuā miām/ q̄ ego sim de numero electorū. ¶ Dñe deus q̇ sustines oīa in suo esse: nos possum⁹ bene esse diuturne durationis ad cognoscēdū te sine fine/ postq̃ tu sustines nos ī esse ad cognoscendū te imꝑpetuū. sed quis est ille qui ꝑ tātū tēpus durauerit q̄ ab eterno cognouerit q̄ tu nō habueris ꝑncipiū: nullus. quia tua eternitas dedit ꝑncipiū oībus: vnde tu solus es ab eterno ¶ Et hoc est dñe quia postq̃ oīa preter te habēt ꝑncipiū: nichil est qđ tātū durauerit ab eterno qđ possit vidisse q̄ tu habueris principiū. ¶ Unde laus gloria et benedictio sit tibi dñe deus/ quia nullus est q̇ possit ab eterno vidisse te fuisse sine principio: et tu dedisti nobis esse propter quod nos videbim⁹ te sine fine. ¶ Dñe clemētissime cui oīa sunt possibilia/ tuā clemētiā suppliciter rogito: q̄ figas et cōfirmes in me contēplationē quā posuisti in corde meo. quia nisi tua gratia teneret illam defixam ī visceribus cordis mei: de facili remoueretur/ ⁊ postea semꝑ cōtēplarer et imaginarer vilia/ ⁊ friuola ⁊ finita: ⁊ sic coinquinarer in illis. ¶ Itē dñe deus humiliter te oro q̄ tunc quādo friuola inania ⁊ finita tentabunt aīam meā: q̄ tu des michi grām ā recolēdi tuā eternitatē. quia tunc oīa fragilia et inania eiicio a mēte mea: quādo illius sū memor/ et oīs alia cogitatio nisi in te videt michi vilis/ ⁊ fallax/ et cōtraria saluti. ¶ Unde dñe deus si tu feceris michi tantā gratiā q̄ semꝑ qñ aīa mea voluerit imaginari ista trāsitoria ⁊ finita/ q̄ tu des gratiā illi q̄ recolat tuā infinitatē et tuā eternitatem: ego potero palā loqui q̄ tu nō tradidisti me obliuioni/ imo sum de numero illorū q̇ fruentur tua gloria sine fine. ¶ Dñe deus vera spes credentium postq̃ tu creasti me duraturū sine fine: placeat tibi ꝑ tuā misericordiā q̄ nō sim ita negligens nec segnis erga te sicut fui hactenus. q2 ego fui hacten⁹ tanq̃ homo positus extra mentem ⁊ alienatus a sensu in hoc q̄ nō cognoui te creatorē meū fecisse me: vt tue eterne beatitudinis ꝑticeps essem. ¶ Dñe si quis debet mirari de aliquo/ non mireť de tua eternitate: sed mireť potius de hoībus segnib⁹ et negligētib⁹/ qui postponūt te laudare et tibi impendere seruitiū quia nō est mirādum de tua eternitate: cū sit tibi ꝓpriū carere ꝑncipio et fine. ¶ Item nō debet quis admirari si tu careas fine. sed poti⁹ debet mirari de patre suo quē scit habere ꝑncipiū et nescit finē ei⁹. quia multo facilius est scire et ꝑpendere finē rei hñtis ꝑncipiū: q̃ scire seu perpendere finē rei nō hñtis principiū. ¶ Dñe deus rex glīe ꝓpť hoc quia modicum spaciū tēporis est inter ꝑncipiū ⁊ finē rei habētis principiū ⁊ finē: nō est impossibile scire finem rei hñtis ꝑncipiū. ¶ Sed si esset tot corda hoīm quot sunt pulueres arene in littore maris/ vel quot sunt gutte aque in mari: adhuc nō possent ītelligere nec perpendere finē rei nō habentis principium. ⁊ hoc contingeret eo q̄ oīa cōprehenderent inter ꝑncipiū et finem. vnde cum tu dñe nō habeas principiū: nullo modo potes habere finem. ¶ Quare dñe quia tātam discretionē rationis dignatus es michi dare in agnoscēdo tuam eternitatem / ⁊ posuisti totā meā spem in te: reuera necessariū est q̄ ratio compellat me ad glorificandum et ad laudandum virtutē tue eternitatis. ¶ Quia postq̃ tibi soli debet attribui omnis laus et oīs feruor dilectionis/ et omnis honor/ et omnis gloria: delebo de corde meo quēlibet alium feruorem dilectionis et amoris ob id dñe q̇a quicquid est preter te/ habet principium et terminū: et quicquid non procedit a te/ habet principium ⁊ finem. ¶ Et nisi ego delerem de corde meo res habētes principium et finem/ scilicet non diligendo eas propter seipsas: ipse delerēt me eo q̄ ipse habēt finē. vnde dñe te humiliter deprecor q̄ tu adiuues me q̄ ego possim illas delere citi⁹ de corde meo: q̃ ipse me de tuo amore. ¶ Item dñe suppliciter tuam clementiā oro q̄ ipsa det michi hāc gratiam/ q̄ postq̃ meū principium fuit in peccato: q̄ finis meus termineť ī virtute/ ad laudem ⁊ ad seruitium tui nois gloriosi ¶ O deus qui omnia ab eterno preuidisti: quātam beatitudinem possidebunt illi quos tua gratia faciet esse participes tue glorie. nam eo ꝗ̄ q̄ scient q̄ tu es permansurus sine fine: erit in eis tota pulchritudo glorie. quia ob id etiam scient q̄ erunt duraturi similiter in tua gloria sine fine. attamē dñe hec est animi mei sententia q̄ si cōtigerit forte me esse participem tue glorie: q̄ plus debeam gaudere ⁊ gloriari de tua gratia q̃ de mea/ cum tua sit cōpletius omnium aliarum que sunt: et sola illa sit causa propter quam omnes alie gloriantur. ¶ Et quaniam tristiciam et merorem habebunt illi/ quos vorago gehenne tenebit in compedibus immortales: ex hoc q̄ scient q̄ sicut tu cares fine/ q̄ ita eorum pena et condemnatio erit sine fine. attamē domine adhuc me⁹ sentit animus si contingat (quod absit) me imperpetuum condemnari/ q̄ si ego tunc in inferno patiens possem te diligere: q̄ maior esset gloria quā ego haberem de tua eternitate et ceteris tuis virtutibus/ q̃ essent pene quas ego paterer. ¶ Deus alpha et o/ sine pꝛincipio et sine fine postq̃ tu es nostra duratio sine fine: merito omnis gloria/ omnis laus/ et omīs benedictio debet tibi attribui sine fine et non alicui creature: quia honor et gloria debetur tibi soli deo.

¶ Incipit quarta distinctio in qua tractatur de vnitate diuina/ qualiter vnus solus deus est.

DEus cui ꝓpriũ est semp hoibus misereri q̄ tua mãdata custodiũt/tuum benedictũ esse est tãte dignitatis: ꝙ quecũqȝ sũt in esse cõprehendũtur i eo/et hoc ꝓpter singularitatẽ eius q̄ caret principio et fine. ¶ Et non est aliq̄d in esse preter te q̄d sit deꝰ: q̄a soli tibi deo cõuenit carere pricipio ⁊ fine. vnde tu es solus ille et nichil aliud q̄d hec duo habet ĩ se. ¶ Dñe deꝰ adeo est nobilis excellẽtie tua essentia diuina: ꝙ nichil aliud preter te habet potestatẽ virtutẽ vel gr̃am ꝙ sit deꝰ/ nec est etiã aliq̄d preter te q̄d habeat sapiẽtiam ordinandi res q̄ pertinent ad ordinationẽ diuinã. ⁊ ꝓpt hoc dñe es tu solus vnus deus q̄ comples oĩa: et cetera recipiũt in se a te q̄cq̄d boni est in eis. ¶ Unde cum tu dñe sis perfecte completus in omnibus virtutibus sic ꝙ nichil tibi desit/q̄a apud te omĩa sunt possibilia: nõ est necessariũ ꝙ alius deus sit in esse simul tecũ. q̄a posito ꝙ multi dij essent: nõ possent habere maiorẽ potestatẽ inter oĩs q̄ȝ tu modo solꝰ habes/nec possẽt melius ordinasse q̄cq̄d est q̄ȝ tu ordinasti. ¶ Ergo cõstat dñe deꝰ pater ꝙ nõ sũt plures dij sed tñ tu vnꝰ solus. nec est necessariũ ꝙ sint: q̄a tua vnitas/⁊ tua singularis essentia cõplet oĩa/ ⁊ nichil sibi deest. ¶ Quare valde errant illi ⁊ sũt obcecati intellectꝰ: q̄ credũt ꝙ multi dij sint. quia postq̄ȝ tu dñe es ꝑfectissime potestatis ⁊ ꝑfectissime bonitatis ita ꝙ oĩa solus cõples: merito sũt condẽnãdi illi qui credunt plures deos esse preter te vnũ solũ. ¶ Dñe deus illuminator cordiũ humanorũ/tibi sit oĩs gloria et laus: q̄a tu ꝑ infusionẽ tue gratie tribuisti nobis verã scientiã et verũ itellectũ. ita ꝙ verissime scimus et ꝑcipimus ꝙ tu tãtũ es solus vnus deus: cui inest oĩs ꝑfectio virtutũ. ⁊ ꝑcipimus ꝙ omne illud q̄d nos cogitamus et imaginamur in cordibꝰ nr̃is preter te: habet defectũ in se potestatis ⁊ bonitatis/ et sic de ceteris virtutibꝰ. ¶ Itẽ dñe deus cũ alius mũdus nõ sit i esse nisi iste solus/cui tu dñaris quãtũ noster intellectus ꝑcipit/nõ potest esse alius deꝰ preter te q̄ dominet alteri mũdo: cũ vnꝰ mundus sit tãtũ in esse. ¶ Unde q̄a nos scimꝰ nos nõ ee subiectos nisi tantũ tibi vni soli deo/⁊ hoc q̄a tu solꝰ creasti nos: necessario oportet ꝙ tibi tãtũ seruiamus et reddamus gratiarũ actiones. ¶ Sed ego dñe sũ tibi valde culpabilis ex eo ꝙ tradidi seruiciũ tibi debitum obliuioni: et posui mẽtẽ meã et intellectũ circa curã tẽporaliũ. ¶ Unde opa mea hactenus fuerunt inanis ⁊ vilia: eo ꝙ tibi soli deo debuissem exhibuisse omnẽ gloriã ⁊ honorẽ. et ego tanq̄ȝ obcecatꝰ mẽte et ĩtellectu dilexi et exhibui reuerẽtiã rebus transitorijs: quibꝰ nulla est laus nec gloria ipẽdẽda. ¶ Quare dñe deus cũ in me fuerit hactenus tanta cecitas ignorantie: posthac est necessario michi expediens ꝙ tibi tantum reddam omnẽ gloriã et honorẽ/et tibi tantum deseruiam dum michi fuerit vita comes.

¶ O dñe deus qui conseruas tuos famulos ĩ opere caritatis eo ꝙ tua essentia est tantũ vna in diuinitate/et alia deitas non est nisi tua: et tu es totꝰ virtuosus et perfectꝰ in omni bonitate/ita ꝙ nichil boni tibi deficit. Unde postq̄ȝ tu perfectus es in omni bonitate et nichil boni tibi deficit: placeat tibi ꝑ tuam piissimam misericordiam ꝙ radices nos ⁊ cõformes in tua bonitate/ita ꝙ nequeamus adherere nisi tuis seruitijs faciendis. ¶ Quia postq̄ȝ nõ est alius deus nisi tantum tu domine vere deus: est cõueniens ꝙ habeamus vnum solũ dominum scilicet te tantum/ et tibi tanq̄ȝ singulari domino (cui debet omne seruitium) omnem laudem et gloriam impendamus. ¶ Unde cum tu solus sis vnus deus et vnꝰ dominus cuiuslibet rei/et nichil sit tibi equale vel simile: oportet necessario ꝙ omne bonum tibi tãtum attribuatur. quia proprium est bono ꝙ non sit in eẽ nisi per diuinam potentiam. vnde cum non sit nisi vnus deus tantum/et bonum non possit procedere nisi a deo: oportet necessario ꝙ omne bonum deo tãtum attribuatur. ¶ O sancta diuinitas q̄ȝ mirandũ est de me qui semper hactenꝰ dilexi et honoraui plures deos: licet non sit nisi tu tantũ vnus deus. quia ego dilexi et honoraui plures deos in hoc ꝙ dilexi plura illo amore et honoraui illis reuerentia: que nõ pertinet nisi ad te solum deum. ¶ Quia ego dilexi sepius personas ita vehementer amore intrinseco: ꝙ et nocte et die non erat quasi aliquid aliud in corde meo nisi dilectio earum. vnde tunc ego diligebã equaliter illas personas sicut nunc teneor te deum diligere et diligo. quare ille persone erant michi sicut tu domine deus es nunc: eo ꝙ diligebam eas eo amore quo te teneor diligere ¶ Unde ista est vna de maioribus infamijs que possint esse: ꝙ ego dilexerim plura eo amore quo debeo te deum diligere/cũ tu deus non sis nisi vnus tantum. quare eo ipso ꝙ ego dilexi plura eo amore quo te debeo diligere: in hoc feci michi plures deos. de quo sum valde criminandus ¶ Unde domine deus si esset (quod nõ est) ita ꝙ esset alius deus preter te: propter stulticiã meam de facili remouisse amorẽ meũ a te/⁊ posuissẽ illũ in illo alio deo. vnde ꝓpt hoc bñdicaris in eternũ quia tu dedisti michi noticiã: q̄ ego cognosco ꝙ cecidissẽ ĩ ꝑdictũ viciũ. ꝓpt hoc q̄a cor meũ discedit sepe a te/⁊ diligit vilia ⁊ vana: licet sibi ɔstet ꝙ tibi uni debetur oĩs vera dilectio. ¶ Quare dñe deꝰ valde miror de meipso: quonã mõ id eueniat ꝙ cor meũ imaginet ⁊ cogitet tot amores/et tot memorias/ et tot desideria. cũ nõ sit nisi tu tãtũ vnus deus. vñ postq̄ȝ nõ est aliꝰ deꝰ nisi tu solꝰ: bene eẽt ratiõabile ꝙ ĩ corde meo nõ eẽt nisi vnꝰ amor/⁊ vna cogitatio ⁊ vnũ desideriũ tui solius ¶ Quapropter dñe deꝰ tuã clementiam humiliter depcor: ꝙ tu infũdas michi tuam

gratiā sic ꝙ ego nō possim nisi te tātū diligere/⁊ ī te semp gaudere. cū ī vnitate tue benedicte essentie debeat qlibet suū tm̄ amorē ponere. ¶ Laus ⁊ gloria sit tibi dn̄e deꝰ in eternū/q̄ creasti tot āgelos ad laudandū ⁊ ad glorificādū te solū vnū deū ⁊ vnū dn̄m/creatorē oīm visibiliū ⁊ inuisibiliū: q̄ cōtinue vocei=cessabili te glorificāt in excelsis. ¶ Itē dn̄e deꝰ bn̄dicatur nomē tuū in eternū/q̄ creasti tot gētes ad glorificandū te sine fine: ⁊ creasti eos cū libera volūtate diligēdi te ⁊ seruiēdi tibi/vel diligēdi aliq̄d aliud preter te ⁊ seruiēdi illi vt acq̄rāt sibiipsis meritū boni vel mali. ¶ Et videtur michi dn̄e ꝙ ab omibꝰ hominibꝰ glorificeris et lauderis: quia tu lauderis ab illis q̄ tibi attribuūt oīe bonū/⁊ laudaris etiā ab illis q̄ tibi nō attribuūt oīe bonū: quia isti tales vltimi ad minus excusāt te ab omni malo. ⁊ ita vniuersaliter oīs hoīes te cōmendant. ¶ O pater misericordie quāta confusio erit illis q̄ crediderint plures deos esse/⁊ in illis habuerint credulitatē suā: quando torq̄buntur in iferno penis inestimabilibꝰ. q̄a tūc ipsi sciēt ꝙ nō est nisi vnus deꝰ creator oīm: ꝓpt̄ quā credulitatē habitā ipsi sine fine flagellabunt. ¶ Vnde benedicaris tu dn̄e in eternū: q̄a valde decēs est ꝙ illi q̄ sic crediderint plures deos esse/a te solo deo diuersis penis sine fine torq̄antur. ¶ Quare dn̄e deus suppliciter te oro quatenus digneris me eripere ab eorū cōsorcio et ab iferni voragine: q̄ ipsi subibūt propter maculam false credulitatis/q̄ est credere in aliū q̄ in te solū deū q̄ oīa ab eterno ꝓuidisti. ¶ Ergo dn̄e deus postq̄ nō est alius deꝰ preter te: te tantū affecto diligere/laudare/⁊ glorificare sine fine. ⁊ supplico tibi ꝙ augmētes feruorem mee dilectionis erga te: q̄a ꝑ te solum habeo cōseq̄ veniā de delictis meis/⁊ ī te solo debeo habere requiē ⁊ gloriā sempiternā. ¶ Attamē dn̄e deꝰ dignare idulgere mee fragili humanitati: q̄ ita stolide sepiꝰ anhelaui ꝙ si aliquo modo potuisset te deiecisse de tua nobili dignitate/⁊ ꝙ se ponere loco eiꝰ valuisset: sine dubio istud ad actū volūtatis deduxisset. q̄a ego sum ille q̄ semp dilexi plus esse meū q̄ tuū. ¶ Vnde q̄a talis voluntas potuit in aīo meo inuenire locū talia ꝓsumēdi: merito me iudico q̄uis tortorum cruciamina subire debere. nā q̄uis pena dignū se ostēdit: qui plus diligit esse suum q̄ esse sui dei.

¶ Qualiter essentia diuina est tantum vna substantia.

Deus sub cuiꝰ presidio iustorū aīe a mortis naufragio liberant: in te non sūt due substātie/neq̄ tres/nec plures q̄ tres/imo dn̄e tu es tm̄ vna et eadē substantia simplicissima: in qua nō est vlla partiū cōpositio. ¶ Item similiter tua vita est vna tm̄ ⁊ eadē: ⁊ tota tua vnitas est vna sapientissima cognitiua omnium ⁊ gloriosa

¶ Itē simile est de tuo amore: q̄ est vnus ⁊ idē. nam amor tuus q̄ est tu/est ita vnꝰ ⁊ nō plures: sicut tu nō excedis numerū vnitatis. ¶ Itē omp̄s deus cui soli debet laus ⁊ gloria: tua maxima potestas est vna ⁊ eadē ⁊ nō plures/q̄ sola pōt oīa. ¶ Itē dn̄e deꝰ ī tua benedicta substātia nō est nisi vna et eadē sapiētia: cui cōstāt oīa. quia tota tua presciētia ꝑficit tuā totā deitatē. ¶ Itē dn̄e deꝰ ī tua substātia nō est nisi vna et eadē voluntas: quia q̄cq̄d tu es vis esse. ⁊ q̄cq̄d tu creasti: placuit creasse tue volūtati. ¶ Itē deꝰ pater ingenite/in tua substantia nō est nisi vna sola eternitas: quia in ipsa nō est aliq̄d anterius nec posterius ¶ Itē dn̄e deus in tua excellētissima essētia siue substantia oīa sunt equalis dignitatis: ita ꝙ vna ꝑsona nō est magis ī ea virtuosa q̄ alia. quia q̄cq̄d est ī ea: est infinitū. ¶ Tota tua substātia dn̄e deꝰ est virtuosa/et in ea nō cadit aliq̄s defectus boni: q̄a tu es tota ꝑfecta virtus. ¶ Cū tua essentia dn̄e deꝰ sit tantū vna ꝑ se in natura vt ita loquar: maxima laus ⁊ gloria deberet ei attribui a quocūq̄. q̄a tua substātia diuina cū alia natura nō cōponitur/nec etiā distīguitur cū aliq̄: imo semp est vna sola in sui natura. ¶ Quia tu dn̄e deꝰ es adeo excellētissime ⁊ nobilis nature ꝙ nulla alia substantia habet naturā tue similē nec parē: q̄a tota tua substātia est natura diuina/nec aliud habet naturam diuinā nisi tm̄ tua substantia. Tue sancte vnitati pater celestis sit oīs honor ⁊ reuerentia: q̄a ipa est vera vnitas sine aliq̄ cōmixtiōe alicuiꝰ alteriꝰ rei. ⁊ multo meliꝰ sine aliqua cōparatiōe est tua eētia tm̄ vna vnitas q̄ aliqua alia essentia ¶ Tua substātia dn̄e deꝰ est verissime vna in simplicitate: q̄a illa ꝓcedit tēpus ⁊ locū/q̄a ab eterno fuit. ⁊ q̄a priꝰ fuit q̄ tēpus ⁊ locꝰ: īpossibile est ꝙ ipa sit substantia cōposita. q̄a si tēpus nō eēt ī esse neq̄ locꝰ: nō esset ī esse aliq̄d ꝯpositū. ¶ Vnde dn̄e deꝰ tua substātia est valde simplex/⁊ est ipa simplicitas: ⁊ aliqua substantia creata nō est similis tue. q̄a tu a nō ītrat ꝯpositionē/nec cadit in ea corruptio: q̄ duo sūt ī q̄uis elemētato. ¶ Ita est dn̄e deꝰ vnitas tue substātie simplicissima: ꝙ nequit eā cōprehēdere ad ꝑcipiēdū īellectꝰ humanꝰ. ¶ Quare dn̄e deꝰ postq̄ tāte ꝟtutis ⁊ simplicitatis est tua vnitas ⁊ tua singularitas: necessario oportet nos illā glorificare ⁊ exaltare ī eternum. ¶ Itē dn̄e necessario oportet nos confiteri te esse solū vnū deū in vnitate: ⁊ in te solū credere. ¶ Et ita dn̄e deꝰ ego seruus tuꝰ cōfiteor verissime te esse vnū solū deū/⁊ solā vnā substātiā: ⁊ nego eē duos deos vel plīes/et duas substātias diuinas vel plīes. Et sicut tu dn̄e deꝰ es solus vnꝰ dn̄s/⁊ ita sola substātia diuina: sic nos oēs debemꝰ h̄re vnū amorē ⁊ vnam spem in tua sola essentia diuina. ¶ Vnde postq̄ tu dn̄e deus es solus vnus in essentia: quis est q̄ debeat timere aliū q̄ te solū: vel prebere honorē ⁊ reuerentiam nisi tibi soli. ¶ Dn̄e deꝰ sicut est ꝓpriū tue sub=

stantie ꝙ sit vna sine pari: sic est tibi ꝓpriū misereri illorū qui cōfidunt in te. quia postq̃ tu es verissime vnus solus deus: nemo est qui resistat tibi ad miserendū eorū qui tuā misericordiā iplorāt. ¶ Pater celestis deꝰ / pauꝑ ⁊ misera est vnio nr̄e substātie corporalis: quia illa diuidit in athomos. sed tua substātia dn̄e est cōstās ⁊ mirabilis in hoc ꝙ illa ita cōstāter est vna: ꝙ nūq̃ potest ī ea esse aliq̄d aliud ꝓpter qḋ ipa nō sit in se vna ⁊ eadē. ¶ Unde benedicatis tu dn̄e deus q̄ dedisti michi grām cognitiuā ꝑ quā ego cognosco ꝙ mea substantia cōposita est misera / fragilis / ⁊ multis modis defectiua. ⁊ tua est ita ꝯplēta oibus bonis virtutibus: ꝙ nichil sibi deest. ¶ Ergo dn̄e postq̃ tua vnitas est ita ꝯstās / nobilis / ⁊ mirabilis in bonitate / ⁊ mea est ita vilis cōditionis: tibi ascribat ⁊ tribuat oīs gloria / laus / ⁊ benedictio: et michi omnis fragilitas ⁊ miseria / tāq̃ vasi vacuo virtutibꝰ ⁊ pleno viciis. ¶ Dn̄e deꝰ cui nichil est abscōditū / necesse est nobis q̄ sumꝰ duplicis volūtatis et pleni falsitatibus ⁊ deceptionibus: ꝙ subdamꝰ nos ōmodo tuis iussis. quia tu es sic singularis in vnitate ꝙ tua volūtas nō mutat nec tua sentētia alterat. ¶ Sed ve nobis miseris q̄ sumus leuis animi ⁊ alteramur vt aura / cadētes de virtutibus in vicia: q̄a dū ita sumꝰ mobiles volūtate / nūq̃ ꝑuenit ad nos status felicitatis. ¶ Et ve potiꝰ infidelibꝰ credētibus cōtra veritatē: q̄a dū sūt ita imbuti erronea credulitate: nunq̃ poterūt ad te deū habere accessū. Licet tu dn̄e deus sis tātū vna substātia; ꝓpter hoc nō seq̄tur ꝙ nos nō debeamus tibi attribuere plures virtutes. q̄a omnes virtutes q̄ sūt ⁊ oīa bona / a te solo habēt originē. ¶ Unde pater omīps postq̃ q̄cq̄d boni et equi est / ꝓcedit a te solo / ⁊ tibi soli debet oīs glīa: merito cōuenit michi flectere genua tue regie maiestati / ipam humiliter deꝑcādo ꝙ aperiat labia oris mei: ⁊ tūc dicā. Gloria laus ⁊ honor tibi tātū deꝰ attribuat: q̄ es vna sola substantia diuina.

¶ Qualiter omnia sunt creata ab vno solo creatore.

DEus creator oīm tā visibiliū q̃ inuisibiliū / tibi soli sit laus ⁊ gloria: q̄a tu solus es creator oīm habētiū esse / et anteq̃ mūdꝰ esset in esse: nichil erat preter te. q̄ ab eterno fuisti. ¶ Tu etiā es solus vnꝰ mūdi ordinator et plasmator: et nichil aliud preter te (cui nichil deficit) potest ordinare mundū vel de nichilo facere aliq̄d. Itē tu dn̄e celi ⁊ terre es solus vnus creator noster: ⁊ nichil aliud preter te potest nec est dignū aliq̄d de nouo creare. ¶ Clerissime dn̄e deus caritatis ꝑfectio ⁊ amoris / benedicat nomē tuū in eternū: q̄a tu solꝰ viuificas oīa aīata / ⁊ tu solus roras et pluis tā suꝑ iustos q̃ suꝑ petōres / ⁊ ꝑducis oīa virētia tā herbas q̃ arbores ad florē ⁊ ad maturationē. ¶ Itē dn̄e deꝰ ꝑ cuiꝰ misericordiā oēs cōfidētes in te veniā cōsequūtur: tu solus es potēs parcere ⁊ delere pctā nr̄a: ⁊ imbuere corda nr̄a virtutibus. ¶ Itē dn̄e deus a quo ꝓcedit ⁊ oritur omne bonū: a te solo ꝓcedit et deriuatur omnis grā / ⁊ nichil aliud preter te est dignum vel potest largiri grām: cū a te solo habeat originem. ¶ Deꝰ pater omīps cui omē genu celestiū ⁊ terrestriū flectit / tu solus potes omia viuificare vel mortificare: ⁊ nichil aliud preter te potest cōgregare atomos sparsos / nec ossa hoīm mortuorū q̄ in cinerē sunt cōuersa / nec potest aīas separatas a corporibus ad ea cōuertere. ¶ Itē dn̄e deus q̄ iudicas secūdū eq̄tatē tu solus es verus iudex iustorū ⁊ pctōrū / ⁊ tu solus repēdis meritis eorūdē scḋm sua opa / ⁊ tibi soli patent corda hoīm: ⁊ nichil est qḋ tue sciētie sit absconsum. ¶ Itē dn̄e deus oibus gētibus cōstat vtētibus ratiōe: ꝙ tu solus es saluator noster ī quo tota spes nostre saluationis habet / q̄a nichil preter te est dignū vel potest ꝓbere tantū munus sicut est glīa tua. ¶ Tu etiā solus deꝰ es totꝰ plus ⁊ misericors: q̄ nō vis mortē pctōris / sed vt cōuertat ⁊ viuat. vnde omne bonū qḋ tu hūano generi tribuisti: nō pōt ab aliquo alio ꝓcessisse nisi a tua maxima mīa ⁊ a tua maxima pietate. ¶ Dn̄e deus si bene volumꝰ circūspicere: maximā causā dedisti nobis ꝙ te solū debeamus glorificare ⁊ laudare. quia nullus preter te solum potest glorificare iustos ī gloria: q̄a nulla gloria potest esse in nobis nec ꝑuenire ad nos nisi a te solo / cū ī te solo sit gloria. ¶ Dn̄e deꝰ cuiꝰ dn̄ium oīa mundi extrema cōprehēdit: tu solus es dn̄s noster / ⁊ nullus preter te dn̄at nobis nec ceteris creaturis. cū nichil aliud ꝑter te sit dignū vel possit dn̄ari toti mūdo: eo ꝙ oīa alia preter te habēt pricipiū ⁊ deuenerūt ī esse ꝑ te solū. ¶ Unde aīam meā et corpus meū offero tibi soli deo. ⁊ si plus esset ī me: totū similiter tibi offerrē / cū q̄cq̄d sit in esse a creatiōe tua ꝓcesserit / ⁊ nichil est ī mūdo qḋ nō sit tuū. vñ de suo nullꝰ pōt tibi dare aliq̄d: ꝓpt hoc debemꝰ conari die ac nocte ad reddēdū tibi grās sine fine. ¶ Quare sūma infamia est diligere vl' honorare aliq̄d aliud ꝑter te solū deū q̄a tu solꝰ es ille q̄ vere diligis nos ⁊ q̄ liberas nos ab oībꝰ malis. ergo q̄d agēdū est de hoībꝰ q̄ tot alia sibi nociua dilexerūt? ¶ Dn̄e deꝰ de vno īter alia tibi grates refero: q̄a tu ifudisti michi grām ꝙ ego ītimeo plus tuū iudiciū q̃ gētiū detidētiū me ꝑ plateas ⁊ ꝑ vicos / ⁊ tm̄ iudiciū gētiū ego priꝰ timebā plus q̃ tuū. ¶ Pater mīe q̄ oc'lis compassionis respicis seruos tuos: tu solus potes pctōribꝰ dimittere delicta sua / ⁊ a te solo hn̄t cōseq̄ veniā / q̄a nullꝰ pōt cōmittere pctm̄ nisi contra te solū: lz hō postulet veniā ab hoībꝰ / q̄bꝰ nō ē datū dare veniā nisi respectiue ꝑ te. Un̄ ī l'ra est optiē ī tua diuina pagina ordiatū et etiā institutū vt nos q̃tū in nobis est debeamꝰ ꝑcere nobis iniuriātibus / vt tutiꝰ possimus tuam o deꝰ

miam implorare ¶ Dñe deus a quo ꝓcedit oĩe bonũ: postq̃ q̄cquid boni inest nobis/ ꝓcedit a tua benefica virtute: merito vnusquisq̃ debet te semꝑ glorificare/et exaltare/ ꝛ tibi soli debet attribui oĩs laus ꝛ omnis benedictio/tanq̃ singulari bñfactori nostro a quo recipimꝰ quicquid boni est ĩ nobis. ¶ Gloriosissime deus vera mũdi ordinatio et spes vnica fidelium/sicut tu es solus vnus deꝰ: sic etiã tu es vnica sola spes et vnica sola cõfidẽtia salutis ipsis saluãdis. ꝛ qñ nos dñe deus ĩordinamur vl' cõrrũpimur: tu solus es ille qui postea ꝑ tuam bonitatẽ dirigis actus nr̃os et ordinas/ et deducis nos de vicijs ad ṽtutes. ¶ Ratio et itellectꝰ debẽt mouere quẽlibet ad fuiendũ tibi imꝑpetuũ propt̃ excellentiã tue nobilitatis: cũ oĩa subsint tuo imperio. ¶ Vñ dñe deꝰ dignare michi infundere tuam grãm/ q̄ ego penitus sim subditus seruicio tuo: et conatum adhibeã vt tibi soli deseruiã/et te solũ cognoscam me debere imperpetuũ glorificare/et tibi soli reddere grãrum actiones. ¶ Deus vere pater luminũ qui corda fidelium illuminas/si quis obcecatꝰ est in valle huiꝰ mundi tenebrosa/ ꝛ cupit clare videre ea q̃ sunt sibi necessaria: ad te solũ patrẽ luminũ oportet eum habere recursũ/cũ tu solus a nõvidentibus eijcias cecitatẽ. ¶ O dñe iesu christe q̃ bene esset michi si ego conarer die ac nocte te solũ contemplari: ꝛ in me tue bonitatis excellẽtiã premeditari. quia tũc adeo purificarer et mundarer ab omni michi nociuo: q̄ res mũdane nõ obcẽcarent mentẽ meam/ imo apte intuerer quibus deberem adherere. ¶ Ergo in te solo deo confido et in te solo cõsolor. quia sine aliqua cõparatione multo melius est michi te solum habere amicũ et familiarẽ: q̃ infinita milia hoim. cũ in te solo sit tota mea salus/et cũ ad seruiendũ tibi soli: feceris me ꝑuenisse in esse creationis. ¶ Quapropt̃ placeat tibi dñe deus q̄ tota mens mea et animꝰ quiescant in tua sola cõtẽplatione: q̄a postea nichil mortale posset michi obesse. ¶ O pater incõprehensibilis bonitatis/si tale munus gratie cõferres michi q̄ ego non possem gaudere nec cõsolari nisi in te solo: si ego solus postea habitarẽ in siluis ꝛ in nemoribꝰ cũ feris aĩalibꝰ viderer michi ĩ plateis ciuitatũ habitare inter notos et amicos meos. ¶ Te rogo pater pietatis q̄ de hac speciali grã quã fecisti michi agã tibi gratias imperpetuũ: quia ego recognosco q̄ illud gaudiũ seculare qđ cõsueui habere in seculo indifferenter cũ hominibus/erat inane ꝛ cõtrariũ saluti aĩe mee. sed gaudiũ quod nũc habeo in te deo: illud est michi salubre/in presenti vita me letificans et in futura prebẽs michi gloriã sine fine. ¶ Vnitati tue sancte essentie dñe deus me offero ꝛ submitto et oro te humiliter flexis genibus: q̄ digneris michi infundere specialẽ grãm q̄ in vnitate ipsius tãtũ tenẽã totã mentẽ meam/sibi soli dũ vixero seruiendo

¶ Rursum te dñe deus suppliciter deprecor. q̄ tu q̄ curas oẽs morbos ꝛ languores tua virtuosa medela: digneris vnguẽto tue mĩe sanare omnia vulnera mea/cũ tu solus valeas me sanũ reddere ꝛ ego non habeã preter te aliũ vulnerũ meorũ sanatorẽ. ¶ Domine deus si forte sensero in me q̄ ego non cõuerto mẽtẽ meã nec aĩm ad aliq̃d aliud preter te: tunc ego percipiã q̄ tu curasti plenarie me a meis mortiferis vulneribus/et a meis doloribus ꝑturiẽtibus gemitus ꝛ merores. sed dũ in his tẽporalibꝰ meũ habeã cogitatum: semꝑ presumã q̄ aliq̃d michi deest ꝓpt̃ qđ ego non possum plenã curã recipere a te deo.

¶ Incipit quinta distinctio in qua tractatur de trinitate/qualiter substãtia diuina est vna tãtũ ꝛ trinitas ꝑsonarum

Deus qui es vnus in essentia ꝛ trinus in personis: glorificeris ab vniuersis gentibus in eternũ/q2 propter hoc q̄ nos intelligimꝰ ĩ tua benedicta diuinitate gñationẽ ꝛ processionẽ: oportet necessario q̄ nos ĩtelligamꝰ ĩ tua diuinitate esse tres ꝑsonas. ¶ O sancta trinitas que vere es in vna vnitate/in hoc q̄ nos intelligimus ĩ te generationẽ ꝛ processionẽ: ex necessitate oportet (sicut ꝑmissum est) q̄ nos ĩtelligamꝰ in vnitate tue essentie trinitatẽ: quia ꝑsona generãs nõ est ꝑsona generata: nec ꝑsona ꝓcedẽs nec ecõuerso. ¶ Ergo benedicta trinitas postq̃ tu es sola vna essentia in tribus ꝑsonis ꝛ vna ꝑsona non est reliqua: ratio exigit q̄ quelibet ꝑsonarũ habeat suum nomẽ sibi designatũ ꝛ appropriatũ/vt sciamus noĩare ꝓprietatẽ cuiuslibet ꝑsone. ¶ Dñe deus ratio postulat q̄ persona generans personam generatam/ debeat nominari persona patris in vera generatione. Et proprietas que generatur debeat vocari persona filij: ex eo quia recipit generationem a patre qui debet vocari persona patris. ¶ Et ea proprietas que procedit a persona patris et a persona filij simul / debeat merito vocari persona spiritussancti: eo q̄ equaliter et simul procedit ab vtroq̃. ¶ O gloriose deus gloria ꝛ laus sit tibi in eternũ: quia generatio quã pater facit in filium/non est talis sicut generatio que fit in creaturis: nec processio spiritussãcti que procedit simul a patre ꝛ filio similiter. quia generatio quã filius recipit a patre/ et processio spiritussancti que procedit a patre ꝛ filio sũt sine ꝑincipio ꝛ sine fine. qđ nõ est de aliqua generatione naturali nec de aliqua processione. ¶ Ergo persona filij non recipit generationem a persona patris eo modo quo creature recipiunt alie ab alijs: nec persona spiritussancti procedit a pr̃e et a filio eo modo similiter quo alie creature procedunt ab alijs: quia gnratio patris ab

eterno est in filio/et sic est de processione spiritussancti ꝓcedente a patre et a filio. ¶ Unde generatio patris q̄ fit in filio/est sine principio et sine fine: ⁊ ꝓcessio similiter spiritussancti ꝓcedēs a patre et a filio. que est cōtra ceteras generatiōes q̄ fiūt in creaturis ⁊ cōtra ceteras ꝓcessiōes: quia oēs habēt ꝑncipiū ⁊ finē. ¶ Uirt⁹ et honor sit dn̄e deus tue sctē trinitati/q̄ est ita cōiūcta vnitati tue benedicte eēntie: ꝙ vna ꝑsonarū nō posset eē sine reliqua. q̄a q̄libet est talis ꝓprietatis ꝙ nequit ab alijs sepati nec eē per se/ sed simul sunt vna sola eēntia. ¶ Et ꝙ hoc sit verū: exemplum possum⁹ sumere in homie. quia sicut in hoīe sūt tria corpus/anima / et spiritus/⁊ nullū istoꝝ triū posset eē in hoīe vnū scꝫ sine reliquo: sic nulla triū ꝑsonarū posset eē in eē scꝫ vna sine reliquis in substātia diuina. ¶ Dn̄e de⁹ benedictum sit nomē tuū/ quia sicut est ꝓpriū cuilibet triū ꝑsonarū ꝙ sit cum reliquis tm̄ vna substātia diuina; sic est ꝓpriū ꝑsone pr̄is generare ꝑsonā filij/et ꝑsone filij ꝙ sit genita a ꝑsona pr̄is/ et ꝑsone spiritussancti ꝓcedere a ꝑsona pr̄is ⁊ ꝑsona filij simul. ¶ Pater imense ꝑtātis adeo sunt tres ꝑsone diuine cōiūcte inter se eidē substantie diuine: ꝙ nulla earū potest eē in actu. scilꝫ vna sine reliquis. Et hoc est domine deus quia ꝑsona pr̄is nō posset generare ꝑsonā filij: nisi fili⁹ reciperet ab eo generationē. nec ꝑsona pr̄is nec filij posset dare ꝓcessionē ꝑsone spūsscti: nisi spiritussanctus reciperet processionē ab eis. ¶ Item ꝑsona pr̄is non posset dare ꝓcessionem ꝑsone spiritussancti: nisi ꝑsona filij reciperet generationē a ꝑsona pr̄is/⁊ nisi ꝑsona filij daret ꝓcessionē ꝑsone spiritussancti. nec ꝑsona filij posset recipere generationem a ꝑsona patris: nisi ꝑsona pr̄is eēt generans et ꝑsona filij genita/⁊ nisi ꝑsona spūsscti ꝓcederet a ꝑsona pr̄is ⁊ filij simul. ¶ Itē ꝑsona spūsscti nō posset recipere ꝓcessionē a ꝑsona pr̄is nec a ꝑsona filij: nisi pater eēt generās et filius genitus/et ꝙ tā pater q̄ꝫ fili⁹ simul darēt ꝓcessionē sctō spiritui. ¶ Benedicta sit ergo sancta trinitas ⁊ vnitas diuine substantie: quia talis ꝓprietas inest trib⁹ ꝑsonis/ꝙ vna non posset eē sine reliqua ꝓpter annexā cōiūctiōem q̄ est iter eas. ¶ Quia nisi ꝑsona filij ⁊ ꝑsōa spūsscti eēnt: ꝑsona patris non posset eē. et hoc est quia persona patris nichil aliud est nisi illa ꝓprietas q̄ est generans ꝑsonā filij: ⁊ dans processionem persone spiritussancti. et idem est de persona filij: quia nisi esset persona patris et ꝑsona spiritussancti/nō posset esse ꝑsona filij. q̄a ꝑsona filij est illa q̄ recipit generationē a ꝑsona patris ⁊ dat ꝓcessionē ꝑsone spiritussancti. et similiter idem est iudiciū de ꝑsona spiritussctī: quia nisi ꝑsona patris esset/⁊ ꝑsona filij. ꝑsona spūs sancti nō eēt. quia ꝑsona spiritussancti ꝓcedit simul a ꝑsona patris ⁊ a ꝑsona filij. Et sicut vna ꝑsona nō posset eē in esse sine reliquis: sic significat̃ ꝙ vna ꝑsona nō est citius in eē q̄ꝫ reliqua. licet vna sit generās et alia genita/⁊ alia ꝓcedens: quia ab eterno simul fuerūt in eē. ¶ O sancta trinitas q̄ vere es vna ⁊ eadem substantia/tibi laus ⁊ gloria: quia sicut gn̄atio vel ꝓcessio nō posset eē in te ꝓpter vnā solam ꝑsonā vel ꝓpter duas/nisi oēs tres ꝑsone essent simul: sic vna ꝑsonarū non posset eē in actu sine reliq̄s duabus. ¶ In hoc dn̄e deus ꝙ tua ꝓprietas est talis ꝙ vna ꝑsona non posset eē sine reliquis nec eē in actu similiter vna sine reliquis; per hoc significat̃ nobis ꝙ vna persona nō est maioris ꝟtutis q̄ꝫ reliqua/ nec maioris dignitatis similiter/cū ī tua eēntia sit generatio ⁊ ꝓcessio. ¶ Ergo dn̄e deus postq̄ꝫ tua benedicta eēntia est vna sola substātia in trinitate/ et trinitas est vna sola substantia diuina: ratio cōpellit nos ad laudandū et ad glorificandū tuā benedictā essentiam in vnitate ⁊ trinitate. ¶ O gloriose dn̄e infunde ꝑ tuā misericordiā gratiā veri intellectus mētib⁹ hominū: q̄ mirant̃ qualiter tu potes eē trinitas ī vnitate. quia si bene inspicerēt: ita bene admirari deberent de seipsis/in q̄bus est reperire tria: que tria sunt tm̄ vnū ⁊ idē eē. quia q̄libet homo est corpus/anima et spūs: et ista tria sunt tm̄ vna substantia humana.

¶ Unde si mirandū eēt de te (qđ non est) potius eēt mirandū de homine qui est res genita: qualiter tria predicta pn̄t eē in eo/qui nō est nisi vna sola substantia humana. quare si ista tria sunt in homie/⁊ hoc ꝓpter dignitatem sui eē/⁊ ista tria nō sunt (vt p̄dixi) nisi tm̄ vna substantia: nō est mirū si ꝓpter excellentiā tui benedicti eē: trinitas ꝑsonarū est in vnitate tue essentie. ¶ Et sicut est melius homini ꝙ sit corpus et aīa et spiritus simul: et ꝙ ista tria sint in eo sola vna substātia humana/q̄ꝫ eēt si non eēt in eo nisi tm̄ vnū predictoꝝ vł duo: sic est tibi optimū ꝙ sis trinitas in vnitate. ¶ Dn̄e de⁹ cui oīa patescūt/tu scis ꝙ ob id ꝙ noster intellectus vult intelligere et percipere aliquid vltra terminū intra quem includit̃: eam ob rem incipit admirari. et ꝙ nō est mirandū si homo admiratur quādo nō potest intelligere ad cōprehendēdū hoc qđ nō est de natura sui vt possit intelligere: imo eēt magis mirandum si homo intelligeret hoc quod natura sua sibi prohibet ad intelligēdum. Quia qñ nos consideramus generationē ꝑsone pr̄is que est ī filio/et ꝓcessionem spūssancti ꝓcedentis ab vtroq̄ꝫ: tūc admiramur ex eo quia in tali generatiōe et ꝓcessione non est principium nec finis/ sed ab eterno est. et id ꝓpter qđ ꝓuenit hoīb⁹ admiratio: est quia generatio et ꝓcessio diuina est vltra terminū intra quē intellectus humanus includitur: vltra quem terminū nec intellectus humanus potest ꝑcipere naturaliter. ¶ Unde multo melius debemus admirari de nostra maxima stoliditate et ignorantia: quare intellectus nō vult transire vltra terminū sibi limitatū/ inquirendo de generatione et processiōe que est in tua eēntia dn̄e deus. vnde nos sumus ita rudes ꝙ arbi-

gramur ꝙ sicut generatio et ꝓcessio q̄ sūt in reb⁹ creatis habēt principiū et finem: ꝙ sic debeāt a simili habere ꝑncipiū et finem generatio et ꝓcessio q̄ sunt in tua ēentia diuina/ q̄ ab eterno sunt in ea. ¶ Tibi dn̄e deus sit honor et laus/ qui illuminasti me seruū tuū ꝑ librū q̄ nūcupat liber rationū triū legū: ꝑ quē ego cognoui ꝙ tua subst ātia diuina est trina in ꝑsonis ⁊ vna in eēntia/ et cognoui etiā ꝑ ipsm certitudinē quattuordecim articloꝝ/ ⁊ ꝙ sola lex catholica (extra quā nemo saluat) cōtinet in se veritatē. Unde benedicat dn̄e tua maiestas regia in eternū, quia postq̄ꝫ tu dedisti michi gratiā legendi in predicto libro: ego ab illa hora fui certificat⁹ in vera fide/ ⁊ remoui a me omnem ambiguitatem nostre fidei. quia in illo sunt efficacissime ratiōes que ꝓbant totaliter legem nostrā eē verā: et alias illi ꝯtrarias (si leges pn̄t dici) eē falsissimas ⁊ ꝯtrarias rationi. ¶ Et ꝓpter hoc dn̄e deus ego seruus tuus tibi humiliter refero grates ꝓpt beneficiū mei intellectus michi collatū: et cōfiteor corde/ aio/ ⁊ v̄bo ꝙ ꝑsona patris est ꝑsona diuina / ⁊ ꝑsona filij/ similiter ⁊ ꝑsona spūsancti. tamē nō dico nec cōfiteor ꝙ tres sint dij/ sed vna sola substātia diuina trina i ꝑsōis/ ⁊ tres ꝑsone ī vna sola substātia diuina.

¶ Qualiter tres ꝑsone sunt vna sola substantia diuina.

DEus humane salutis amator sicut tua substātia est trina i ꝑsonis/ ⁊ vna tm̄ in eēntia/ sic tres ꝑsone sunt vna substantia ⁊ vna sola substātia. ¶ Quare dn̄e deus tibi sit honor et reuerētia qui illuminasti ꝑ lucē tue gratie corda et mentes catholicoꝝ: adeo ꝙ plenaria certitudo et recta noticia est ī eis fidei ortodoxe/ in hoc ꝙ vere cōcedūt ꝙ tres ꝑsone diuine sunt tm̄ vna substātia diuina. ¶ Unde sicut nos possumus intelligere in angelis eē tria scilicet vitā/ subiectū / ⁊ ꝓprietatē ꝓgredientem a vita et a subiecto: in hoc ꝙ vita est in subiecto/ ⁊ subiectū est res viua ꝓpter vitam q̄ est in eo: et sicut ista tria sunt vna sola substantia angelica: sic nos intelligimus ꝙ tres ꝑsone diuine sint sola vna substātia/ ⁊ ꝙ vna substantia diuina sit in tribus ꝑsonis. ¶ Dn̄e deus retributor bonoꝝ operū/ sicut ī substātia angelica est reperire tria ꝓdicta sine aliqua cōpositione materie siue forme: sic tua substātia diuina non est composita/ licet sit trina in ꝑsonis. ¶ Pater celestis deus licet tres ꝑsone diuine sint infinite: ꝓpter hoc non est rōnabile ꝙ dicat ꝙ tria infinita diuina sint/ imo ita est dicendū ꝙ vna sola substantia diuina est illa q̄ est infinita. ¶ Item licet tres ꝑsone diuine sint eterne sine pricipio ⁊ sine fine: ꝓpter hoc nō debet dici/ tres ꝑsone diuine eterne/ ita loquendo: imo est dicendū/ vna substātia diuina est eterna sine principio et sine fine. ¶ Similiter licet q̄libet triū ꝑsonarū diuinarū sit potens sup oīa: ꝓpter hoc nō debet ꝓferri/ tria diuina sunt q̄ sunt potētia sup oīa: imo ita est proferendū/ vna substantia diuina est q̄ est potēs sup oīa: et oīa subsunt ei. ¶ Dn̄e deus pater oīb⁹ hominibus habētibus verū intellectū: ꝙ si q̄libet triū diuinarū ꝑsonarū eēt vna substātia ꝑ se q̄ eēt infinita/ eterna/ ⁊ omnipotēs: sequeret istud incōueniēs ꝙ tres dij eēnt/ qđ est impossibile. ¶ Unde ita inest sūma excellētia nobilitatis ⁊ honoris cuius diuine ꝑsone ꝙ ex quo ipsi inest infinitas eternitas/ ⁊ oīs potestas: nō potest habere parem nec equalē sibi. quare nō potest eē nisi solū vna substātia diuina/ infinita/ eterna/ ⁊ oīpotēs. ¶ Dn̄e iesu christe q̄ recreasti ⁊ reparasti totū mūdū ꝑ tuā sanctā incarnatiōem ⁊ passionē: te laudat oīs spiritus. quia sicut est cōueniens ꝙ vna sola substantia diuina sit tres ꝑsone: sic est cōueniens ꝙ tres ꝑsone diuine sint sola vna substātia diuina. Et hoc est ꝓpter maximā cōuenientiam que est inter tuā trinitatem ⁊ tuā vnitatē. quia nisi tres ꝑsone eēnt: substantia diuina nō eēt ⁊ ecōuerso. Ergo dn̄e deus quid ꝓdest aut q̄d valet alicui si laudet et glorificet vnā substantiā diuinā: si ignoret trinitatē que est in ea. postq̄ꝫ nulla virtus posset esse in substātia: nisi eēnt in ea tres ꝑsone. ¶ Eterne deus maior vnitas et maior cōuenientia est inter tuā vnitatē essentie ⁊ tuā trinitatem ꝑsonarū: q̄ꝫ sit inter aliq̄ q̄ sint in esse. q̄a multo melius cōuenit tue eēntie ꝙ sit vna in trinitate/ ⁊ ꝙ trinitas sit in vnitate tue eēntie/ q̄ꝫ sit inuenire aliquā ꝯueniētiā inter aliqua. quia hoc qđ est in te trinitas ⁊ vnitas/ est ipsa deitas. ¶ Quare domine deus valde eliminandi sunt illi q̄ tm̄ adorāt te et laudāt in vnitate eēntie ⁊ nō in trinitate ꝑsonarū: postq̄ꝫ tua eēntia est vna in trinitate. ¶ Item abhorrendi ⁊ abominandi sunt q̄dā alij qui timent et dubitant adorare te in trinitate: eo ꝙ credūt ꝙ si te eē crederent in trinitate: ꝙ ꝓpter hoc crederent tres deos esse. ¶ Dn̄e deus singulare ꝑsidiū humani generis: tibi seruiat deuote ⁊ debite oīs populus christianus quia sicut est impossibile ꝙ sint tres dij: sic est possibile tres ꝑsonas esse vnū solū deū. ¶ Ergo dn̄e de⁹ illi q̄ꝫ maxime insaniūt q̄ timent et dubitant credere tres ꝑsonas esse vnū solū deū: nā eque deberēt timere et dubitare ad credendū in vnū deū: quia sicut est impossibile tres deos eē: sic est impossibile ꝙ tres ꝑsone non sint. ¶ Sed q̄ bene scit cognoscere ⁊ intelligere res q̄ cōsistunt in intellectu ⁊ res sensibiles: optime potest itelligere ⁊ cognoscere si voluerit/ ꝙ sicut esset dissonū ratiōi ꝙ tres dij essent: sic esset dissonū ꝙ tres ꝑsone diuine nō essent. ¶ Ergo dn̄e de⁹ illumina ꝑ tuā pietatē mentes humani generis: vt oēs homines generaliter vere cognoscāt ⁊ ꝑcipiāt/ ꝙ nichil est habēs tantā cōueniētiā vnū cū reliquo: sicut vnitas diuine eēntie cū trinitate ⁊ ecōuerso. ¶ Dn̄e

deus licet in vnitate hominis sit tria reperire iā superius tacta/et illa tria sint sola vna essentia hominis ꝓpter hoc non sunt ꝑdicta tria ita bene in homine vna vnitas/nec sua vnitas est ita bene illa tria sicut sunt in te tres ꝑsone vna sola substātia/et ecōuerso. et hoc est quia cōuenientia q̄ est in vnitate hominis ⁊ in tribus que sunt in eo/habet ꝑncipiū et finē. sed tua est sine ꝑncipio ⁊ sine fine/scilicet ab eterno anteq̄ꝫ tēpus esset i esse. ¶ O domine iesu christe q̄ꝫ ꝑpetue pene ⁊ dolores inestimabiles sunt pati illis qui nolunt credere in tuam sanctam trinitatem: quia meliꝰ esset illis ꝙ nō essent in esse: q̄ꝫ modo quādo sunt in esse. ¶ O q̄ꝫ mirandum est domine deus de infidelibus qui nō credūt in tuā trinitatē. quia si tua eēntia eēt defectiua alicuius boni/vel in aliquo viciosa ratione tue trinitatis: non eēt mirandū si ipsi dubitarēt ad credēdū in trinitatē/quia illud idem ego facerē. sed postq̄ꝫ tua eēntia non recipit in se aliquē defectū ratione trinitatis: bene sunt insani qui dubitant ad credēdū in tuā trinitatē. ¶ O scā trinitas illi q̄ nolunt credere in te/sed solū in essentiā diuinā sine te: sunt similes hominibus q̄ ex vna parte laudāt dñm suū et ex alia vituperāt eū. Unde illi q̄ nolunt credere in trinitatem laudant te dñe deus in hoc ꝙ dicūt te esse vnū solū deum sine pari ⁊ socio: ⁊ ex alia parte ipsi vituperāt te in hoc: ꝙ nolunt credere in tuā trinitatē/q̄ est excellētia nobilitatis tue vnitatis. ¶ Dñe deus defende nos a morsibus infidelīū latrantiū aduersus nos: nam ipsi credunt ꝙ simus ita viles/ita ignorantes et insensati vt credamus tres deos esse. Quare dñe deus illuminator vere fidei: si tu ꝑ tuam piissimā misericordiā ordinares ꝙ infideles deuenirent ad veram cognitionē fidei: scilicet qualiter nos catholici credimus i vnū solū deū et i tres ꝑsonas q̄ nō sūt nisi solū vna eēntia diuina: maximā misericordiā faceres erga eos ⁊ erga nos: q: ipsi deuenirēt ad verā credulitatē fidei. ⁊ nos defenderemur a latratibꝰ eorūdē. ¶ O rex regū ⁊ dñe dominātiū benedictū sit nomen tuū: quia tu ꝑ tuam gratiā illuminasti me seruū tuū in vera fide. q̄a ego credo ꝙ in vnitate tue essentie sit trinitas ꝑsonarū que solū sunt vnus deus ¶ Pater misericors/q̄s posset existimare maximā felicitatē illoꝝ qui verissime credunt in vnitatē tue essentie et in trinitatem tuarū triū diuinarū ꝑsonarū. ¶ Ergo dñe postq̄ꝫ tm̄ bonū et tantū munus gratie est credere in deū in vnitate eēntie et in trinitate ꝑsonarū: ego psallam corā vniuersis gētibus voce incessabili. venite oēs qui queritis gloriā sempiternā ⁊ requiē sine fine: ⁊ adoretis vnā substātiā diuinā i trinitate et trinitatē i vna substātia diuina. ¶ Itē ꝓferā aīe mee/o felix aīa q̄ tāto munere grē es dotata: renūcia oi vane glie ⁊ oibꝰ voluptatibꝰ huiꝰ mūdi/et da gloriā ⁊ laudes creatori tuo. q̄ est vnus in essentia et trinus in ꝑsonis/que solum sunt vnus deus.

¶ Qualiter trinitas diuina est vnū et idē in essentia/licet plura attribuātur deo.

Deus infinite potestatis tibi laus et gloria. licet in te sit oīs potestas/⁊ tu sis illa potestas: ꝓpterea tua substātia non est in quaternitate: q: quelibet trium ꝑsonarum est omnipotēs. ¶ Unde licet homo sit potens: propter id/humanū eē non constat ex quattuor ita ꝙ sit corpus/aīa/spūs/et potestas. imo tm̄modo constat ex tribus licet sit potēs. In hoc ꝙ vnio ꝑdictoꝝ triū scilicet corporis/aīe/⁊ spiritus/sunt tm̄ vnū eē humanū qđ est potens. ¶ Ergo dñe deus cum nos honoramus ⁊ glorificamus tuā diuinā potentiā: nos tūc intelligimus honorare et glorificare tres ꝑsonas diuinas in vna sola eēntia potētissima. ¶ Uere deꝰ et vere homo licet similiter in te sit oīs sciētia ⁊ omnia sint tibi presentia ꝑ tuam scientiam: ꝓpter hoc tua essentia diuina nō est i quattuor. q̄a tres ꝑsone diuine sunt tm̄ vna essentia sciens oīa. ¶ Istud idē sequitur de homine: quia licet ipse sit sciens: ꝓpter hoc substātia eius nō est in quaternitate/sed in trinitate in hoc ꝙ corpus suū et aīa et spiritus sunt vna substātia humana sciens. ¶ Unde cum nos laudamus tuā sciētiam: semꝑ nos intendimus honorare trinitatē ⁊ vnitatem eēntie diuine. ¶ Sanctissime dñe deꝰ tibi honor sit et reuerentia in hoc/ꝙ q̄cūq̄ꝫ vis ꝑficis/et volūtas tua manet. vnde licet dñe in te sit volūtas que semꝑ ad actū deducitur. ꝓpter id tua substantia diuina non est in quaternitate/sed tres ꝑsone tm̄ diuine sunt vna substātia diuina in qua est voluntas. Quare dñe nos ponimus totam spem nostram et fiduciā in tua ordinatissima volūtate et credimus et confitemur ꝙ tua substātia diuina sit vna substātia i qua est voluntas/in qua substantia sunt solum tres personne. ¶ Unde deus tanta est excellentia tue nobilitatis: ꝙ oportet sicut tu es vna sola substantia/in qua sunt plures virtutes/ꝙ sic multiplex honor et multiplex reuerentia tribuatur vnitati tue essentie/que est trina in ꝑsonis. ¶ Deus sola salutio humani generis: tu es ꝑfectio veritatis/et ipsa veritas. vnde licet tu sis veritas propter id non sequitur ꝙ tua substantia sit quaterna. quia q̄libet triū ꝑsonarū que sunt solum vna substantia diuina/est in veritate diuina. ¶ Unde cū tres ꝑsone diuine sint vna veritas diuina: semꝑ quādo nos laudamus et glorificamus tuā veritatē/laudamus et honoramus tuā substātiā diuinā in trinitate ꝑsonarū. ¶ Misericors deus q̄ oīa potes: sicut est decēs ꝙ tua benedicta vnitas ab omnibus exaltetur/sic est decens ꝙ vnio humani corporis vilipendat ꝓpter enormitates scelerū in que labitur quaq̄ꝫ die. ¶ Item clementissime dñe deus: licet amor sit in te ꝓpter hoc tua diuina substantia nō est

in quaternitate. quia in tribus psonis diuinis q̄ sunt
vna substātia est amor diuinus q̄ est in te. ¶ Unde
semꝑ qñ nos recolimus tuū amorem: semꝑ recorda
mur et cogitamus in mente nostra tuā diuinā sub-
stantiam et trinitatē psonarū diuinarū. ¶ Bened-
ctū sit nomē tuū deus in eternū: quia sicut tu es vn⁹
in essentia/et plures virtutes predicant de te/sic ego
seruus tuus sum vn⁹ in eēntia/et possunt de me pdi
cari multi defectus et multa peccata. ¶ Benignissi-
me dñe nostra salus et redemptio: licet in te sit iusti-
cia/et tu sis ipa iusticia/ꝑpter hoc tua substantia di
uina nō est quaterna. q̄a in qualibet triū psonarū di
uinarū est iusticia in hoc ꝙ sunt vna substantia diui
na iusta ꝛ recta. ¶ Unde semꝑ quando nos timem⁹
et reueremur tuā maximā iusticiā/timemus ꝛ reue-
remur tuā substantiā diuinā/et tres psonas diuinas
q̄ sunt in te. ¶ Cū tu dñe deus sis vn⁹ in essentia/et
sint ī te plures v̄tutes nobilitatis et sanctitatis/ qua
liter ego seruus tuus ꝑ tantū tēporis tradidi obliuio
ni tuas virtutes ꝛ opinatus sum ꝙ illa essent virtu-
tes in me q̄ erant in me vicia ꝛ peccata. ¶ Dñe deus
in quo oēs virtutes ꝑficiūtur: tu dñe es totus glorio
sus. vnde licet in te sit oīs gloria: nichilominus non
est in te quaternitas. quia q̄libet triū diuinarū psona
rū que sūt tua essentia diuina est ipa gloria. ¶ Qua
re domine de⁹/q̄uis nos expectemus nostris meri-
tis (tua tamē gratia mediante) tuam gloriā/ et illam
feruenter desideremus: ꝑpter hoc nos non desidera
mus nisi vnā essentiā diuinam q̄ est trina in psonis.
¶ Et oīa ista que nos attribuimus tibi dñe de⁹: sunt
virtutes in te essentialiter/ita nobiles/ꝛ ꝑfecte/ꝙ per
ipsas intelligit̄ ꝙ in te nulla inopia est bonoꝝ. ¶ Sa
pientissime dñe de⁹ licet in te sit misericordia ꝑpter
hoc nō sequit̄ ꝙ tua eēntia diuina sit quaterna: quia
in qualibet triū diuinaꝝ psonarū que sunt tua eēntia
est misericordia. ¶ Unde confidentia tue misericor-
die est nobis/cōfidere in tua eēntia diuina in qua sūt
tres psone. ¶ Dñe rex virtutum omne bonū cogno-
scat̄ ꝑcedere a te: quia tu īfudisti michi seruo tuo tan
tam gratiā/ꝙ ego vere agnosco ꝙ ꝑpter multitudi-
nē virtutū que sunt in te nō multiplicat̄ tua diuina es
sentia in psonis nec tres psone diuine que sūt vna es-
sentia multiplicāt̄ in essentia. ¶ Dñe deus singulare
salutis refugiū: quotiensciq̄ nos adoramus vel glo
rificamus tres psonas diuinas/semꝑ adoramus et
glorificam⁹ vnitatē essentie tui de⁹. ¶ Et quādo si-
militer nos laudamus vnitatē tue eēntie: semꝑ lau-
damus et adoramus trinitatē q̄ est in ea. ¶ Hoc idē
sequit̄ similiter qñ nos glorificam⁹ vel laudam⁹ ali-
quā tuaꝝ virtutū. ¶ Gloriosissime dñe q̄ es omni tē
pore verax: virtutes q̄ in te sunt inquātū tu es vna so
la substātia/sunt oēs vnū nō plura: sed inquātū tue
virtutes dicūtur plures in te/ob hoc dicūtur esse plu
res/q̄a tua ingens potentia ordinat plura in nobis.

¶ Unde sicut ꝑciū margaritarū augmētatur valor et
etiā ꝛ virtute quando margarite sunt plures insimul
sic a simili est de tuis virtutib⁹ siue opibus. quia quā
to virtutes tue plura operātur in nobis: tanto nobis
ostēdunt̄ meliores. ¶ Et sicut tue virtutes indicant
quo ad nos/ꝛ ostēdunt nobis esse meliores/q̄to plu
res vidētur esse in te: sic cū mea opa plura sunt plus
indicant me vilem/pessimū/ꝛ criminosum. Attamē
dñe ego ɔfisus de tuo munere bonitatis: spero ad fe
licem exitum deducere distinctiones que restant ad
huc/ad ostensionem tue glorie. sicut deduxi istā quā
pre manibus habeo/quā cōpleui ad laudē ꝛ honorē
magnitudinis tue deus.

¶ Incipit sexta distinctio in qua tractatur
de potestate diuina/qualiter de⁹ est omni-
potens in sua essentia diuina.

DEus q̄ ꝑ tuā misericordiā humanū
genus ī peccatis submersum erigis
ad penitentiā fructuosam: tua maxi-
ma potestas inest tibi ab eterno ī hoc
ꝙ oīs potestas est in te sine ꝑincipio
et sine fine. ¶ Dñe deus tua ingens
potentia est causa mirabilis excellētie et nobilitatis.
quia sicut inest sibi ꝑprie et essentialiter ꝙ sit sine ꝑn
cipio. sic similiter ꝛ sine fine. ¶ Sanctissime deus co
gnitor secretorum: adeo est mirabilis tua potestas/
ꝙ vix intellectus humanus potest ipam intelligere
et hoc quia nō potest in ea intelligere ꝑncipiū neq̄ fi
nem. ¶ Rex regū dñe deus nō est mirandū si tua po
testas est maxima: quia de proprietate sui est eam eē
infinitā sine aliquo termino/et ꝙ oēs alie potestates
subsint illi et terminētur sub ipa. ¶ O q̄ felix est ho-
mo ille q̄ glorificat/laudat/ac metuit talem tuā ma-
ximā potestatem: que oīa potest. ¶ Et q̄ infelix ille
qui laudat vel metuit terrenas potestates hominū:
q̄ sunt modici valoris ꝛ transitorie. ¶ Tue excellētis
sime potestati sit gloriose deus honor et gloria. quia
tante virtutis est ꝛ tāte nobilitatis/ꝙ nullatenus po
test īueniri in ea ꝑncipiū/mediū/neq̄ finis: sicut in-
uenit̄ in nostra misera humana potestate/in qua hec
tria generaliter insunt. ¶ Item tua nobilis potestas
differt a nr̄a multis modis/ꝛ in hoc inter alios: quia
tua nō est maior in vno tēpore q̄ in alio imo est sine
augmētatiōe ꝛ diminutiōe: qđ deficit in nr̄a. ¶ Cle-
mentissime dñe deus cur est mirandū si tua maxima
potestas nō recipit augmentū vel detrimentū/ quia
anteq̄ tēpus eēt in eē/erat iam tua potestas ꝑfectis-
sima et infinita/ꝛ erit post esse tpis ideo ꝙ ab eterno
iest tibi. ¶ Nichil est pater misericordie qđ possit exi
stimare nec intelligere tuā potestatē: et nec mirū. q̄a
tua potestas pseuerat adeo firma ꝛ rata in te infinite
ꝙ nō cadit de potētia ī actū nec ecōuerso. sicut acci-

dit de natura humana q̃ sepe cadit et deuenit de po=
tentia in actũ et ecõuerso. ¶Et ista talis fragilitas
inest nobis scilicet ꝙ quandoq̃ est potestas nostra i
actu et quandoq̃ i potentia: ꝓpter hoc q̃a nos sumꝰ
habẽtes ꝑncipiũ/ ⁊ sumus in tẽpore: sed hoc totum
abest tibi. ¶Et q̃cũq̃ cõfidit in aliqua alia potesta=
te preter tuã/ merito stultissimus ⁊ infelicissimus est
cẽsendus: quia q̃cũq̃ alia potestas ꝑter tuam: est va
na et friuola ⁊ deficiens in tẽpore. ¶Dñe deꝰ tua so
la potestas est verax/ ⁊ illa q̃ tm̃ debet honorari ⁊ me
tui: quia tua potestas a te solo et in te solo est ab eter
no. ¶Nichil est domine a quo tua potestas habeat
originem/ nisi a te solo: cum a te solo sit. quia tu so=
lus dedisti eẽ omi rei habenti potestatẽ. et ita oẽs po
testates deuenerunt in esse ꝑ tuã potestatẽ diuinã in
finitã q̃ oẽs alias limitat et terminat. ¶Dñe deꝰ so
li tue potestati est exhibẽdus honor et reuerẽtia: q̃a
tua gloriosa potestas nõ est similis in aliquo potesta
tibus ꝑncipũ neq̃ regũ. q̃a potestatẽ quã ipi habẽt
non habẽt a seipis sed aliunde/ scilicet a suis popu=
lis. et ita potestas eoꝝ ab alijs ꝓcedit q̃ꝫ ab eis: q̃m
extra eos est. vnde minorẽ ptãtem quã habẽt / habẽt
a seipis: sed tua ptãs in te solo ꝯsistit/ et a te solo ꝓce
dit ab eterno. ¶O benefactor humani generis sin=
gularis: ꝓpter hoc tua potestas potentissima potest
oĩa/ et est in oĩbus ꝑfectissima/ quia tu es vna sola es
sentia diuina/ in qua nulla est cõtrarietas neq̃ discõ
uenietia/ licet tres ꝑsone sint in ea q̃ sunt vna essen=
tia. ¶Et cur tua potestas non eẽt in oĩbus ꝑfectissi=
ma: quia nulla virtus abest sibi/ imo quicq̃d bonum
est ⁊ virtuosum est in ipa. ¶Ergo dñe deꝰ nulla alia
ptãs preter tuã/ est ptãs merito nũcupanda: q̃a tua
sola potestas dat oĩbꝰ alijs potestatibꝰ potestatẽ/ et
oẽs alie sunt in eẽ causa ipius. ¶Potẽtissime deus
quis potest dubitare ꝙ tu nõ possis oĩa: quia tua po
testas est tante virtutis ꝙ nõ potest habere finẽ / nec
potest minui aliquid sue potestatis/ quia ab eterno
est/ fuit/ et erit in te potens omia. ¶Tibi soli deo sit
oĩs laus et gloria/ ⁊ vnusq̃sq̃ ꝯfiteat ꝙ nichil est q̃d
ꝑ se possit aliquid preter te: quia tua ptãs transcen=
dit quãcũq̃ aliã potestatẽ/ ⁊ nullũ posse potest resiste
re tue maxime potestati. ¶Quãto plus loquor dñe
deus de tua incõprehensibili potestate/ et quãto plꝰ
ipam ꝑmeditor mente mea: tanto plus ꝑcipio de sui
dignitate ⁊ de sui nobilitate/ licet itellectus meꝰ nõ
sit sufficiens ad ꝑcipiendũ quasi aliquid tue potesta
tis/ que est in te infinita. ¶Sanctissime deꝰ tua in=
gẽs ptãs nullatenus potest alterari nec ꝑmutari: q̃a
nõ est alia eternitas ꝑter tuã/ nec alia infinitas nisi i
te solo/ neq̃ alia deitas. vnde statꝰ tue potestatis nul
lam alterationẽ vel ꝑmutationẽ recipit in se. ¶Non
solũ tua mirabilis potestas est ab omnibus laudan=
da/ venerãda/ ⁊ glorificãda: sed etiã metuẽda vbiq̃.
quia vbiq̃ oĩa maleficia vlcisceris ⁊ vbiq̃ oĩa potes/
et oĩa tẽpora includis et circũdas intra tuã benedi=
ctã potestatem. ¶Saluator deꝰ meritorũ hominũ
retributor: tua sola ptãs est sine paritate ⁊ sine equa
litate alicuius alterius potestatis: quia nulle creatu=
re ꝑuenis ũt ad virtutẽ et dignitatẽ q̃ est in tua excellẽ
tissima potestate: ⁊ hoc q2 ipa est in te ab eterno ⁊ est
in te infinita. ¶Juste iudex dñe iesu christe indulge
michi ꝑ tuã misericordiã ꝙ ego tanq̃ insipiens se=
pe cõparaui tuã potestatem maximã creaturis mo=
dice ptãtis/ habẽtibus in se maximã vtilitatẽ/ confi=
dens ꝙ ipe possent meis necessitatibꝰ succurrere: q̃d
tu solus potes. ¶Predicta desipiẽtia fuit hucusq̃
in me: ꝓpter hoc ꝙ ego nõ cognoui tuã maximã po
testatẽ/ q̃ sola alijs potestatem prebet. ex qua omnis:
sine qua nulla aliquid potest. ¶O sancta diuina vni
tas / ⁊ o sancta diuina trinitas: potestas que est in te
est in te ita eẽntialiter/ ꝙ vbicũq̃ est tua potestas/ ibi
est tua eẽntia et ecõuerso. ¶Dñe deus in hoc ꝙ tota
nostra potestas capit originẽ et descẽdit a tua oĩpo=
tente potestate: cõueniẽs est ꝙ nos toto nr̃o posse te
nemur laudare et exaltare tuam mirabilẽ potestatẽ/
ita ꝙ ad hoc solum sit nr̃a potestas totaliter deputa
ta. ¶In hoc dñe deus cognoscit ⁊ ostendit tua pote
stas eẽ maxima: q̃a si nos sentimus in nobis potesta
tẽ circa aliquid ꝑpetrandũ/ q̃ꝫ magna debet eẽ pote=
stas que est in te. quia si in nobis qui sumus viles et
fragiles est aliqua potestas: quãta debet eẽ potestas
que inest essentialiter tue nobilissime ⁊ potentissime
essentie diuine.

¶Qualiter potestas diuina operatur con=
tra cursum naturalem.

DEus veritatis iudicium: omnis virtus
cognoscat a te solo ꝓcedere. q̃a nul
lũ esse de natura sui ꝑ se deuenit in il
lud esse in quo est: sed de natura tue
creatõnis. ex eo ꝙ vnũquodq̃ eẽ preter
tuũ venit de ꝑuatione nõ essendi in
esse. ⁊ de natura vniuscuiusq̃ esse est naturaliter re=
dire ad non eẽ. nisi tu illo sustineres in esse. ¶Unde
bonitas fortitudo ⁊ ptãs est in te: in hoc ꝙ tu es ille
qui vi quodãmodo tenes in eẽ naturã rerũ creatarũ/
q̃ deuenerũt in eẽ. quia sicut naturaliter omne ponde
rosum desiderat cẽtrũ/ et tñ ꝑ impulsionẽ iactua/ cor
pus ponderosum eleuatur in altum (vt patet de lapi
de ꝓiecto ab homine in altũ) sic est de natura rerum
creatarũ deuenire iterũ ad nõ eẽ. q2 sicut lapis de sui
natura semꝑ cadit ad cẽtrum: sic nisi tu deus sustine=
res in esse/ eẽ rerũ creatarũ/ omẽs creature redirẽt ad
ꝑmũ statũ suũ/ scilicet ad priuationem non essendi.
¶Glorificamus ergo et memoramur pariter/ tuam
maximã potestatẽ/ q̃ sustinet nos in esse/ et nõ ꝑmit=
tit nos redire ad non eẽ: a quo nos defendimur ꝑ tuã

solā sustentationem que hoc prohibet. ¶ Pie dn̄e et misericors bn̄dicatur tua excellentissima potestas q̄ cogit et compellit corpora supracelestia/operans etiam cōtra ea.qz sepe accidit q᷑ si vnus planeta ꝑ suā naturam (vt dicūt qui se ꝑitiā astroꝝ habere asserūt) debet tribuere calorem:tua ingens potestas impedit opationē eius ꝑ influentiam alterius planete cōtrariam actionem habētis/vel aliquo alio modo cogit naturā ipsius/ꝑmutari faciēs eius cursum naturalem.in hoc q᷑ compellit ipm̄ planetam prebere frigiditatem.et hoc ꝓcedit a tua liberalitate vt satisfacias hominibus secū dū merita eorū idē. ¶ Quare mirabiliter dn̄e deus:tua mirabilis ptās ordinauit oīa ordinate.et licet oīa opa hominū nō sint ſm cursum naturalem:hoc est quia in vnoquoqz homine est libera volūtas ad faciendū hoc vel illud/et ꝓpter hoc q̄a in opibus hominū/nō attenditur cursus naturalis: tu tamē remuneras vnūquēqz ſm sua merita remuneratione q̄ est extra cursum naturalem. ¶ Nō recedat ergo a nr̄a memoria virtus tue maxime ptātis: postq̄ ea cogit et opatur cōtra cursus (ceu fatentur) naturales planetarū et alioꝝ corpoꝝ supracelestium et equaliter et recte satisfacit nr̄is meritis siue ꝑ cursum naturalem siue cōtra cursum. ¶ Quis ducit tanta temeritate/qui cesset laudare et glorificare atqz simul metuere tantam ptātem sicut tua est:q̄ tante virtutis est/q᷑ facit elementa simplicia cōponi/ qn̄ videlicet sue voluntati placitū est.et in quo corpe mauult/ vel vnū a reliquo disiūgi. ¶ Tāta est virtus dn̄e tue potestatis:q᷑ tunc qn̄ elementa quātū de ipis est/ſm cursum nature sunt parata esse in cōpositione alicuius corporis/tua ptās cōpellit ipa ne cōponāt quādo id vult tua libera volūtas et ecōtra. ¶ Unde postq̄ tua ingens potestas est tātē excellentie et nobilitatis:iustum est et consonū rōni q᷑ nos glorificem⁹ illā et exaltemus vsqz ad nubes.q̄a tua ptās facit de ipa natura quicq̄d vult/melius etiā sine aliqua comparatione q̄ faber lignari⁹ de leuigato poste/aut cerarius de cera quā vult potest facillie formā imprimere ¶ Eterne deus necessario oportet nos impendere honorē tue maxime potestati:q̄a nichil est i toto orbe tam potens generare quin tua ptās si velit faciat corrūpere/et ecōuerso. ¶ Multis modis dn̄e deus ostendit nobis tua potestas esse valde magna. quia multos homies facit viuere vltra et cōtra cursum nature/in hoc ſm q᷑ comedunt vel bibunt vel laborant vel abstinent a multis a quibus non deberent viuere ſm naturam/et tu sustines eos in hac presenti vita/cōseruās illos incolumes et robustos. ¶ Dn̄e de⁹ q̄ cogis tua increata natura/ ipam naturā creatam: oēs creature debent merito cōfiteri tue potestati sub esse oīa.nam illa facit de vita hominis quicq̄d vult/ in hoc q᷑ multi homines ſm bona naturalia in q̄b⁹ nati sunt naturaliter deberent viuere cētū annos vel amplius/et tua ptās compellit illa corpora citra suū cursum naturalem/faciens illos mori in etate viginti annoꝝ/vel vigintiquinqz vel minus etiā si velit et ecōuerso vt supradictum est. ¶ In quo preter te de⁹ omnipotens est posse vel dominiū.quia tu es solus ille/qui cogis naturam ad dandā pluuiā qn̄ natura non habet eā in promptu/et prohibes illā non dare pluuiā/qn̄ de se est parata pluere sup terrā. ¶ Gloriosissime deus valde est veneranda ab vnoquoqz homine tua potestas.quia ipa sola ꝓhibet et cessare facit fulgura et tonitrua et grandinem: qn̄ naturaliter deberet fulminari/tonare et grando erūpi et ecōuerso. ¶ Dn̄e deus si quis subtiliter velit intueri: valde simplices et humiles deberemus eē sub tua omnipotente potestate.quia tunc quando aer naturaliter est corruptus et infectus naturaliter deberet eē maxima lues et mortalitas tam hominū q̄ alioꝝ aīaliū:tu qn̄ vis ꝓpter tuam maximā ptātem/tollis illā luem ac mortalitatem et ꝯfers sanitatē et ecōuerso. ¶ Unde illi sunt merito infelicissimi et nephandi censendi: q̄ dicunt q᷑ quicq̄d accidit hominibus siue sit bonū siue malū in hac vita/id totum accidere eis ſm cursū naturalem:scilicet ſm signa et planetas et puncta et horas:q̄ oīa ꝓueniunt ſm fatum vel fortunā opinione eorum.et ista talis deliratio et amentia inest eis.q̄a ipi ignorant tuū posse/qd̄ potest transmutare q̄cq̄d debet accidere ſm naturā. ¶ Si forte ita eēt dn̄e de⁹ q᷑ tu nichil operareris vel faceres cōtra cursum nature:nec tua increata natura cogeret in aliquo naturā creatam:tunc posset homo confidere in cursu naturali.q̄a postq̄ natura non posset cogi ꝑ tuā maximā potestatē:tūc esset veritas q᷑ natura haberet ptātem in homine ſm signa et planetas et puncta et horas sub quibus nasceret̄/et ſm ista predicta ipe deberet eē audax vel timidus/pauper vel diues/multum viuere aut parum: et ita de ceteris. ¶ Quid ergo prodest astronomo etiam si ꝑitus esset/cōfidere in cursu naturali:quia tua potestas vincit et cogit naturam:et sicut molendinarius potest ꝑturbare molendinū molens adeo vt possit auferre sibi actū molendi quādo vult:sic tu dn̄e potes auferre nature cursum suū. nā tu cogis eā quādo vis.et ꝑmittis eam opari ſm cursum suū/similiter quando vis. Unde quando tu ꝑmutas nature cursum suū:illi qui cōfidūt in cursu ei⁹ inueniūt se deceptos. ¶ Tue sapientie et tue ordinationis est dn̄e deus q᷑ tu qn̄qz ꝑmittas nature cōplere cursum suū/et qn̄qz ꝑmutes illi.et sicut rota molēdini circūducitur vt molendinū circūducatur et possit molere:sic tua sententia duciꝰ circa opa q̄ nos facim⁹/vt cogat naturam nō cōplere cursū suū/ vel ꝑmittat illi ꝯplere. Et q᷑ hoc sit verū patet:q̄a sic opz fieri ſm tuā sapiētissimā ordinatōnē.q̄a nos qn̄qz sumus in nr̄is actibus ſm cursum naturalem/et qn̄qz ſm nostram liberam voluntatem. ¶ Et propter hoc

quando nos operamur secundum cursū nature ad-
iunctū gratie tu remuneras nos. et qñ nos opamur
contra cursū nature: tūc tua potestas cogit naturā/
et remuneras nos scdm coactionē curs⁹ naturalis.
¶ Misericors et miserator dñe/ maxima cecitas est
et error astronomorū: q̄ attribuūt nature oīne posse/
et quasi tibi nullū reseruāt. quia ipsi nō credūt ꝙ tu
cogas naturā/ aut permittas cursū suū qñ de tua ꝓ
cedit libera voluntate. ¶ Et dū ipsi expectant ꝙ na
tura operet̄ scdm cursū naturalē quē ostēdit ī se: ipsi
expectāt ꝙ natura det cōplementum et perfectionē
suis desiderijs de hoc qđ naturaliter expectant. ꝛ sic
ipsi taliter expectantes horas puncta et momenta:
ignorāt ꝙ tua potestas cogat naturā qñqꝫ. et quan
doqꝫ ꝑmittat eā operari secundū cursum suū. ¶ Et
quādo accidit ꝙ natura nō cōplet cursum suū secun
dum ꝙ naturaliter debet cōplere illū/ et scdm ꝙ na-
tura in se ostēdebat prius: ipsi dicūt se esse deceptos
defectu scientie artis astronomie/ q̄ plene non est in
eis. ꝛ ita dicūt ꝙ natura nō errauit: sed ipsi errauerūt
in arte per eius ignorantiā. nō cauētes sibi a tua po
testate: q̄ qñqꝫ ꝑmittit naturā operari secundū suos
cursus naturales/ et qñqꝫ restringit illos. ¶ Omīps
eterne de⁹ maxima est vis tue excellētissime ꝑtātis.
in hoc ꝙ omnis subsunt ei/ ꝛ coguntur/ ꝛ restringū-
tur per ipsam. ¶ Maximū bonum quod est ineffa-
bile: prouenit nobis dñe deus de tua potestate ex eo
quia omnipotens est/ ꝛ nichil sibi deficit. nam demō
ita potens est in operando malum/ ꝙ nisi esset tua
potestas que compescit eius maliciam atqꝫ domat:
ipse destrueret totum mundum in vna hora vel ī mi
nori spacio. ¶ Unde omnis laus et honor ꝛ bene-
dictio tue attribuatur potestati: q̄ non dat posse dia
bolo nocere nobis/ nisi solum tantū quantū subijci
mus nos sue potestati/ ꝛ tātū similit̄ quādoqꝫ quā-
tum merita nostra meruerunt. ¶ Domine deus si-
cut tua potestas cogit ꝛ constringit maliciam ꝛ ini-
quitatem demonis: sic vincit ꝛ cogit maliciam ꝛ ini-
quitatem peccatorū q̄buis facinorib⁹ deditorum.
¶ Malicia peccatorum est similis igni: qui dat ma
iorem calorem quando plura ligna sibi apponitur.
quia peccator quanto plus peccat: tāto plus tua po
testas punit in eo suam maliciam ꝛ iniquitatē. ¶ Ā
modo sciat vnusquisqꝫ ꝙ tua potestas domine deus
est tanta: ꝙ operatur (quādo de sua voluntate proce
dit) contra cursus naturales/ et ꝙ permittit naturā
operari secūdū cursus eius quando vult similiter.
vnde nullus sit de cetero: qui ignoret tuam diuinā
potestatē oīclemētissime et oīpotentissime deus.

¶ Qualiter deus habet potestatem re-
suscitādi corpora hominum mortuorū.

Deus lux ī tenebris ꝛ illuminatio vie
vite: tibi soli est attribuēda potestas.
cui ab oībus debet honor ꝛ reuerēn-
tia exhiberi. nam ipsa est tāta ꝙ com
pleto numero saluandorū qui eterne
glorie participes per tuā gratiam de
bēt esse: stati tu ꝓpter tuā maximā potestatē resusci
tabis corpora hoīm mortuorū in puluerē iā conuer
sa. ¶ Dñe deus cui subsunt omīa: nemo est q̄ debeat
admirari de tua maxima potestate. quia si natura di
uidit ꝛ spargit corpus humanū in atomos ꝛ in pul-
uerē ꝑ aerē qñ ipm corrūpitur: bene videtur verisimi
le ꝙ creator oīm q̄ creauit naturā possit congregare
illas atomos ꝛ illū puluerem ꝛ ex illis recreare cor-
pus humanū in die iudicij ¶ Tamen ego nō miror
de tua potestate ꝙ ipsa potest in die iudicij ꝯgrega
re atomos ꝛ recreare corpora mortuorū: qñ ego pre-
meditor ꝙ ego qui sum tā misere ꝛ tam vilis condi-
tionis respectu tui/ possum cōgregare vnū lapidem
cū alio lapide/ ꝛ ita ex diuersis facere vnū globū. vn
de bene videt̄ verissimū/ ꝙ tu possis cōgregare vnū
communitissimum puluerem cū alio / et ex illis re-
ficere vnū corpus humanū. ¶ Ergo oīs pariter be
nedicamus voce incessabili tuā benedictā potestatē
que est tante excellencie ꝛ virtutis. ꝙ possit in die iu
dicij renouare corpora nostra licet in cinerē sint con
uersa sic vt nichil deficiat alicui mēbrorū nostrorum
¶ Ualde est honoranda ꝛ pariter meruēda tua vali
dissima potestas: quia in die iudicij natura amittet
totaliter suū posse ꝛ cessabit eius opatio. nā tūc na-
tura nō poterit generare/ neqꝫ corrūpere nec exerce
re in aliquo actus suos: sed solū oīa fient ꝑ tuā diui
nam potentiā. ¶ Tāta est tua potestas dñe de⁹ / et
tam valida ꝙ liberabit iustos ab oībus angustijs et
ab oībus doloribus in die iudicij/ ꝛ condēnabit pec
catores ad patiendum penas perpetuas in inferno
¶ Quis potest existimare dñe deus excellentiā no-
bilitatis tue potestatis: quia ipsa cōiunget in die iu
dicij corpus humanū cū anima/ ꝛ non est mirandū
si tua potestas poterit tunc vnire corpora humana
cum aīabus. quia quotidie videmus ꝙ tu vnis cor
pus cum anima in vtero mulierum pregnantium ī
creatione masculi vel mulieris. ¶ Omnes confitea-
mur in vnum/ tuā potestatem omnia posse: quia ipa
dabit in die iudicij hominibus iustis verum intelle
ctum/ et noticiam. quia omnes adinuicem se cogno
scent/ cognoscentes ꝛ recolentes alij opera aliorum
¶ Nemo credat ꝙ noticia quā homines habebunt
in die iudicij vel memoria opum que fecerūt: penit⁹
proueniat vel insit eis propter potentiam naturalē
aut propter eius cursum: imo proueniet eis a tua sā
ctissima potestate. quia sicut potentia naturalis est
deficiens in hoc mundo/ ita ꝙ per ipsam non possu
mus habere veram noticiam neqꝫ certitudinem de

C

omnibus q̄ sunt nobis ꝑsentia:sic nō est mirandum
si nūc deficeret ita ꝗ totalē causam illius ⁊ non ha-
beremus. ¶ Pater imēse potestatis valde est hono
randa ⁊ metuēda pariter tua ingens ptās:que scdm
merita ⁊ opera reddet remuneratione vnicuiq; i die
iudicij. ¶ Unde metuere debēt nō immerito pecca
tores tuā maximā potestatē:qa vt cognoscat tua iu
sticia esse iusta/⁊ reddēs oibus secundū opa que pa
trarunt/tu torquebis ipꝑetuū penis gehennalibus
in die iudicij tam eorum corpora q̄ aīas. ¶ Quare
vnusquisq; debet conari ad faciēda bona opa adhe
rens virtutibus ⁊ fugiens vicia huius mūdi:cum se
cundum nostra opa digna facienda nobis sit remu
neratio in die iudicij. ¶ Dn̄e deus saluator fideliū:
magnitudo ⁊ infinitas cognoscatur debere attribui
tue maxime ptāti. quia si tua potestas dereliqueret
nos/ꝑmittens nos abire secūdū cursū naturalē/ et i
nullo cogerer naturā:bene constat michi ꝗ natura
nostra est ita fragilis/⁊ ita vilis cōditionis/ꝗ deue-
niret ad nichilū quo ad corpus. quia necessario defi
ceret:nō solum ipm sed etiā aīa. ¶ Ergo dn̄e deus
digneris tuā pijssimā misericordiā nobis prestare
gratiā/ꝗ tu non dereliquas nos/nec ꝑmittas nos
duci secundū cursū nature: qa aliter nisi tu iuueris
naturā ⁊ restrinxeris cursum eius nos deueniremus
ad metā ruine mortis. ¶ Te solū deū adoro/ et tibi
soli seruio/cōfitens et innuens ꝗ tua ptās est tante
virtutis/ꝗ potest michi auferre penitꝰ omne malū,
quod michi potest euenire propter fragilitatē et mi-
seriam mee nature fragilis. vnde placeat tibi ꝗ tu au
feras et remoueas a me illud. ¶ Juste iudex domi-
ne deus/remunerator bonorū operū/ ⁊ maloꝝ pu-
nitor:si quis confidenter tue se subiecerit ptāti / et il
lam vere dilexerit ⁊ metuerit/modicū appreciabit ꝓ
speritates ⁊ voluptates huius mūdi. quia certo po-
test scire ꝗ tua ptās potest i alio seculo sibi dare glo
riā sempiternā/in qua erit totiꝰ boni copia/ ⁊ absen
tia totius mali. ¶ Ha quotiens dn̄e deus feci hec et
illa:vt mea vita ꝓlongaretur in hoc seculo/cuiꝰ nūc
valde michi piget et redarguo meā temeritatem pre
teritam. nam ego optabam viuere in seculo non vt
tibi seruirē:sed solū vt vita michi posset esse comes.
sed nunc rogo te pijssime ꝗ tu per tuam maximā po
testatē cogas ⁊ restringas meā naturā/vt ipsa nollt
viuere in seculo. ob nullam aliam causam nisi vt ser
uitium impendere tibi possit et tibi soli deseruire.
¶ Et si tu pater clementissime dignaris michi ꝑ tu-
am clementiam prestare tantam gratiam/ꝗ ego dū
vixero in hoc seculo tibi seruiam toto meo posse/ et
ꝗ finaliter moriar propter tui amorem : bene cōstat
michi ꝗ in die iudicii quando resurgam a mortuis/
letus veniam recepturus/et auditurus illud verbū
bonum qđ dicet. venite benedicti patris mei ¶ Ti-
bi soli deo sit omnis laus ⁊ gloria/oīs ignorantia ⁊
fragilitas cognoscatur prouenire a quocūq; de tua
potestate maxima dubitante. quia nemo debet dubi
tare de tua potestate diuina postq; ipsa recreabit et
reparabit corpora hoīm conuersa in cinerē in die iu
dicij. ¶ Nemo debet admirari si tu potes resuscita-
re corpora hoīm iam putrefacta ⁊ ad nichilum reda
cta:quia tu qui de nichilo creas aīam et īfundis eā
in corpore humano/⁊ ex illis duobus facis vnū sub
iectū ratiōale:bene potes putrefacta corpora recrea
re. ¶ Ergo nulli est necessarium ꝗ debeat admirari
de tua ingenti ptāte:sed totaliter est oibus nobis ne
cessariū magnificare ⁊ laudare tuā excellētissimam
potestatem/et ceteras virtutes tuas. ¶ Dn̄e deus
bonorum temporalium et celestium tributor:postq;
tua ptās est vbiq; ⁊ potest oīa/nō oportet me seruū
tuū timere ꝗ in die iudicij amittā minimū mēbroꝝ
meorū. quia tu integre recreabis corpora mortuorū
licet ꝑ diuersa loca sint diffusa. ¶ Quis ergo est ita
mēte captus:ꝗ cōfidat in aliquo alio posse/nisi so-
lum in tuo qđ oīa potest ⁊ est vbiq;. ¶ Nam manife
ste possumus videre sine aliquo enigmate: ꝗ omēs
alie potentie preter tuā sunt fragiles ⁊ inanes/ ⁊ de
facili deficiētes. quia nos videmꝰ ꝗ ꝓpter minimā
scintillā vulneris totū subiectū hūanū qñq; deperit
et propter multa alia accidētia ꝑdit suū esse. ¶ Dn̄e
deus patiens ⁊ multū misericors: suppliciter tuam
clemētiā deprecor/ꝗ tu postq; potes/digneris mu-
tare me a toto meo statu/faciēs me derelinquere va-
na opera cōtraria sempiterne saluti/⁊ ꝗ dirigas mē
tem meā/⁊ ꝓpositū semꝑ circa tua seruitia facienda
¶ Postq; tua potestas dn̄e deꝰ poterit corpus meū
resuscitare in die iudicij:bene potest nūc (dūmodo
de tua ꝓcedat volūtate)viuificare meā aīam/ et eā
imbuere taliter virtutibus vt tm̄ sit sollicita in glori
ficādo ⁊ in laudādo tuū gloriosissimū nomē ¶ Sed
licet sanctissime dn̄e sit tibi in die iudicij leue ⁊ faci-
le corpora hoīm recreare:non est modicū quid/ꝗ tu
mundifices hoīem viciosū/⁊ ꝗ eū adimpleas virtu
tibus. ¶ Erubescāt philosophi q̄ dū vixerunt/oīno
affirmauerūt ꝗ nature est attributa oīs potestas in
hoc mundo. quia in die iudicij cū ipsi plenarie vide
bunt tuā maximā potestatē:tūc ipsi videbūt se dece
ptos ⁊ confusos/⁊ redarguēt semetipsos. quia dū vi
uerent ignorauerūt tuā diuinā potestatē/⁊ solū na-
ture/potētiā attribuerūt. ¶ Timete demones terri
bilem diē iudicij. quia tunc cessabit vestra potentia
malefaciēdi . quia tunc videbitis diuinā potentiā
vincere ⁊ cogere quicqđ fuerit creatum ab initio mū-
di et vlciscentē dupliciter omnia malefacta. vnde ve
vobis: quoniā semꝑ fuistis pronti ad malū postq; de
celo per superbiam cecidistis. ¶ Ue etiam tunc pec
catoribus/qui sub tua omnipotente potestate vide
bunt se victos et captos/et nichil per se posse quoꝝ
in faciendo malo. malicia tunc cessabit: et quorum

pene in sempiternum geminabitur in lamẽtoso inferno. vbi tunc nulla redemptio erit neq; secundum iustam iusticiam poteris eorum misereri / tu qui es piissimus et misericors deus.

¶ Qualiter deus est potẽs saluare quos vult / et condemnare quos vult.

DEus qui nullum defectũ pateris / sed in omnibus es potẽs: vniuerse lingue hominũ laudent ꝛ glorificent tuam laudabilem potestatẽ. quia tu potes saluare quem vis / vel condemnare. nam tua libera voluntas ꝛ tua potestas: nulla coactiõe ab aliquo cogunt. ¶ Ualde est mirabilis dñe deus tua ingens potestas. quia sicut tu per tuam liberam voluntatem / voluntarie creasti omnes creaturas / ita ꝙ non fuisti coactus nec compulsus ab aliquo: sic est conueniens ꝛ cõsonũ rationi / ꝙ tu quibus volueris prebeas munus gratie saluationis / ꝛ quos volueris cõdẽnes ad patiẽdas penas perpetuas in gehenna. ¶ Patet misericors deus: tanta est conuenientia inter tuam voluntatem ꝛ inter tuam potestatẽ / ꝙ sunt idem ꝙ essentia diuina et voluntas vult ꝙ potestas possit ea: que eius condecent maiestatem. ¶ Dñe deus quis posset (vt decet) cõmẽdare tuam maximam potestatẽ: nullus. q̃a potestas tua / potestas infinita est. ꝛ sicut tu es infinitus ꝛ tua potestas est tuipse: sic necessario oportet ꝙ tua potestas sit infinita / ꝛ in omni infirmitate nos vt ceci ambulamus. ¶ Ergo postq̃ tua potestas est infinita: ipsa potest oĩa. et postq̃ potest omnia: saluare potest qđ vult ꝛ qđ vult cõdemnare. quia aliter sequeretur ꝙ esset potestas finita. qđ absit. q̃a non posset saluare quẽ vellet / nec quem vellet etiam condemnare ¶ Unde licet dñe deus ego ceciderim in peccatũ / propter qđ merear condẽnari: dũmodo non diffidam de tua piissima misericordia / semp quãdocũq; tu velis / es potẽs me saluare ꝛ me extrahere de peccato. ¶ Summe pater deus si tua potestas nõ posset oĩa / ita ꝙ non posset saluare quos vellet / sed quos saluaret / saluaret propter eorũ opera: sequeretur ꝙ tua potestas subesset eorum operibꝰ. et hoc est impossibile / ꝙ aliquid presit tue potestati. ¶ Et illi qui perueniunt ad id ad qđ tu scis eos peruenturos peruẽtione eorum / non obstant tue potestati. quia tu vides ꝙ peruentio eorũ / quã tu preuidisti ab initio mundi: est peruentio que congruit secundũ rectam ordinationem / ꝛ scđm statũ quem sequitur ad saluationem vel ad condemnationem.

¶ Unde oĩs laus et omne dominium tue omnipotenti attribuatur potestati / ꝛ tue ordinatissime voluntati. quia tu solꝰ es ille qui omnia potes facere peruenire ad illum statum ad quem vis ipsa peruenire et omnia vis vt perueniant ad id quod preuidisti / ꝛ ad quod debẽt peruenire: qđ neq̃q̃ ita est de nostra potestate / neq; de nostra volũtate. quia nos volumꝰ peruenire ad hoc ad qđ q̃nq; peruenimꝰ / nec possumus peruenire ad hoc qđ volumꝰ / et optamus / nec scimus ad quid ꝓuenturi sumus. ¶ Salus iustorũ deus: saluatio quã nos generaliter affectamꝰ habere et tua gloria sempiterna ad quã vnusquisq; nr̃m cupit peruenire / nichil aliud est / nisi videre te / ꝛ frui te per contemplationem in qua est omne gaudium perfectissimum. ¶ Ergo dñe deus postq̃ frui te per visum est nostra saluatio: nõne tu potes saluare q̃s vis / et econuerso. quia postq̃ videre te est nobis saluatio et gloria: semper quãdocũq; volueris te aliq̃bus patefacere erit eis saluatio et gloria. ¶ Deꝰ largiflue bonitatis: postq̃ tua potestas non deficit dare saluationem ꝛ gloriam quibus vult / dignare per tuam piissimam misericordiam infundere michi seruo tuo munꝰ tue potestatis propter qđ ego merear in hoc seculo / frui te in altero per visum / quod sit michi gloria sempiterna. ¶ Omnipotens eterne deus postq̃ tua ingens potestas potest saluare quod vult: quilibet fidelis debet inquãtũ potest conari pro tempore benedicere ꝛ glorificare ipsam totis suis viribꝰ / vt tu qui omnia potes des nobis tuam gloriam sempiternã. ¶ Unde ego flexis genibus / ꝛ genis meis lacrimis madefactis / te oro suppliciter ꝛ deuote: ꝙ tu corrigas ꝛ emendes quecũq; ego mea temeritate feci contra tuam inhibitionem. quia plus potes tu in vno momẽto ꝛ melius emendare ꝛ meliorare: q̃ ego toto tẽpore vite mee illicita perpetrare. ¶ Domine deus postq̃ fiducialiter me cõmitto tue ingenti potestati: palam dicam oĩbus nationibus ꝙ omnes pariter vna voce laudemus ꝛ glorificemus tuã excellentissimam potestatẽ derelictis omibus aliis terrenis potentiis trãsitoriis atq; vanis. ¶ Gloriosissime deus non est mirabile si tua omnipotẽs potestas potest quos vult affligere penis perpetuis. q̃a si reges terreni ꝛ alij habentes dominiũ habent potestatem in hoc seculo torquendi ꝛ affligendi homines suarum regionũ: bene videtur verisimile / ꝙ tu qui omnia potes / ꝛ oĩa creasti possis torquere quos velis / cum omnes sumus tue iurisditionis / ꝛ subsimus tue potestati. ¶ Iuste iudex deus faciens misericordiam ꝛ iudicium: si principes huius mundi habent potestatem torquendi homines contra regulã iusticie et contra etiam rationem / quandocunq; eis placet: quis est ita mente captus / vel ita temerarius qui proferre audeat / ꝙ tu nõ possis cõdemnare quẽ volueris / et torquere cum penis grauibus / postq̃ in eo comples iuris ordinem ꝛ normam vere iusticie. quia sine aliqua comparatione: multo melius congruit / ꝙ tu affligas quẽ volueris seruans in eo complementum iusticie / q̃ principes terreni sepe iniuriam hominibus facientes. ¶ Exaltetur dñe deꝰ nomen tuũ ꝑ vniuersum mũdũ / ꝛ cognoscãt oẽs gẽtes

magnitudinẽ tue oĩpotẽtis potestatis: ꝛ sciãt ꝙ tua potestas/tua voluntas/ et tua iusticia he tres virtutes sunt tãtũ in te vna essentia diuina ꝛ ecõuerso. ¶ Dñe deus iudicãs equitatem: nullus est q̃ possit resistere tue sentẽtie. imo necessario oportet eã trãsire in rem iudicatam. ꝛ maxime cũ nunq̃ꝫ sit lata contra iuris ordinem/sed semper secũdum rectitudinẽ vere iusticie. quare quãdo quis condemnatus est a te affligi penis perpetuis in inferno: constare debet omibus/ꝙ sua opera tale iudiciũ meruerit. ¶ Pateat ergo oĩbus ꝙ non est angelus nec diabolꝰ nec homo qui possit tue sententie resistere/nec tue rationabili voluntati: tante excellẽtie virtutis est tua omnipotens potestas. ¶ Omnipotẽs deus nichil creatum potest tue resistere voluntati ita ꝙ tu nõ possis saluare quos velis ꝛ ecõuerso. quia scire debet vnusquisq̃ꝫ ꝙ maior pena quam peccatores patientur in inferno/erit tue absentia gratie/in hoc ꝙ non poterunt frui te per aspectum. ergo si istud est eis maior pena quã habent: bene videtur verisimile ꝙ tu possis teipsum abscondere ab aspectu eorum qui merito imperpetuum penas perpetuas pati meruerunt ¶ Dñe deus tante nobilitatis et tanti honoris est tua ingens potestas: ꝙ proprie tibi est sibi secũdũ sui dignitatem posse affligere quos velit/ꝛ quibus penis ꝛ per quãtum temporis similiter velit. ¶ Cũ ergo dñe deꝰ/ tue congruat potestati quos velis posse affligere et eos imperpetuum condẽnare: ve michi peccatori qui secũdũ opera que feci in hoc seculo mereor ad penas perpetuas cõdemnari. quia hactenus semper fui inobediẽs tuis iussis. quare suppliciter te oro: ꝙ tu dirigas actus meos circa bona opera facienda. ¶ Valde debent timere peccatores tuam maximã potestatem. quia tu vbiq̃ꝫ ꝛ quandocunq̃ꝫ de tua procedat voluntate es promptus ꝛ potens eos condemnare ꝛ simul affligere. ¶ Unde cũ ego dñe deus sim de prauo numero peccatorum/et sim valde plenus viciis ꝛ peccatis: non mirum est si valde formidare debeo tuam ingentem potestatem cum tu possis me subito condemnare/ꝛ ad inferos deducere sicut quotidie de pluribus p(ro)ut michi q̃s morte subitanea videmus interire. ¶ Metuende dñe semper est magis timendum/et magis etiã cauendum ab illo a quo malus malum potest homini prouenire. vnde cũ tua maxima potestas possit nobis plus obesse et maius dãnum inferre q̃ꝫ aliq̃ alia oportet nos magis eam timere q̃ꝫ aliquam aliam. licet plures insensati plus timeant terrenas potestates q̃ꝫ tuam diuinã iustissime ꝛ potentissime deus. ¶ Pater celestis deꝰ gloria virtus ꝛ benedictio tue attribuatur omipotenti potestati. quia (ipsa mediante) tu es potens dare gloriã vtens tua maxima misericordia ꝛ ipsa mediãte similiter potes condẽnare vtens tua iusticia. ¶ Benedicta sit ergo tua laudabilis potestas que ad vtranq̃ꝫ viam virtutis/ scilicet misericordie ꝛ iusticie se habet vt sibi conuenit ordinate. ¶ Recognoscat amodo vnusquisq̃ꝫ tuam magnificã potestatẽ. que tante virtutis est: ꝙ quecunq̃ꝫ vult potest. nam suum velle est suum posse.

¶ Qualiter deus est potens oĩa facere postq̃ꝫ sint secũdũ rationem facienda

Deus qui es supra omĩa non elatus: tua omp̃s potestas potest creare ꝛ facere quicq̃d vult/postq̃ꝫ rationabiliter sit creandũ vel faciendũ/ ad gloriam tamẽ ꝛ ad laudẽ tue essentie gloriose ¶ Tua maxima potestas dñe deus ostendit oĩbus esse omp̃s: in hoc ꝙ potest oĩa facere/postq̃ꝫ rationabiliter et de iure sint facienda. et licet tua potestas nichil posset facere nisi ratiõabile: propter hoc nõ diminuitur tibi potestas. imo si tu sine ratione posses aliq̃d facere vel creare: sequeretur hoc inconueniẽs/ꝙ defectus potestatis esset in te/ quia esses potens peccare vel errare. ¶ Unde cũ ratio dictet nobis ꝙ tua potestas nõ possit aliquid facere vel creare cõtra rationẽ: in hoc ꝑcipimus ipsam esse magis potentẽ ꝛ magis ꝑfectam. quia nos non possumus intelligere secundũ rationẽ/in tua potestate defectũ sapientie/bonitatis/aut alicuiꝰ virtutis. quare propter hoc percipimus ꝙ tua volũtas nichil vult nisi rationabile ꝛ iustum: nec tua potestas operatur aliq̃d cõtra rationẽ. quia q̃cq̃d vis: potes. ¶ Deus mirabilis intellectu: nemo potest considerare magnitudinẽ tue potestatis. quia sicut tu fecisti de materia corporali mõtes terre ꝛ lapidum/in q̃bus facis crescere arbores ꝛ herbas/ꝛ facis i eis bruta aĩalia habitare. sic dñe deus/si de tua ꝓcessisset libera voluntate potuisses fecisse montes igneos/vel mõtes aquosos/in q̃bus potuisses creasse arbores/ et herbas et ꝙ in eis bruta aĩalia habitarent. ¶ Itẽ dñe deus si fuisset rationabile: tu potuisses fecisse et posses adhuc facere de materia formam et de forma materiam: ita ꝙ illud qđ prius fuit materia esset forma/ꝛ ecõuerso. ꝛ si voluisses potuisses nobis ostẽdere formam sine materia: ꝛ ꝙ esset materia sine forma ¶ Quia sicut tua diuina potestas fecit habere esse post nõ esse materiã et formã que erant in non esse: sic si tu velles/posses facere de materia ꝛ forma quicquid velles. ¶ Tante virtutis est tua potestas gloriosissime deus: ꝙ de substantia spirituali potest facere quicq̃d vis: q̃a sicut tu creasti eam de nichilo/ꝛ dedisti ei talẽ ꝓprietatẽ ꝙ nõ occupet locũ: sic si de tua processisset volũtate/potuisses illã fecisse substãtiã corporeã locũ occupantem ¶ Sed in hoc ꝙ tu dñe deus secũdũ rationẽ nõ potuisti facere de substãtia spirituali materiã corporeã/propter hoc noluisti de ipsa facere materiam: sed si fuisset rationabile sic potuisses fecisse/sicut tu potuisti creare eã substantiam

incorpoream. ¶ Omnipotens deus valde est cõpleta et pfectissima in oĩb⁹ tua maxima potestas / ꝛ nostra potentia humana est valde fragilis ꝛ misera. quia licet nos simus potẽtes facere plurima cõtra rationem: propter hoc nostra potentia non est maior nec magis potens imo est minor ꝛ vilior ꝛ deterioris cõditionis. quia in hoc ꝙ nos sum⁹ potẽtes errare ꝛ peccare sumus minus potẽtes in virtutibus ꝛ labimur in vicitũ. quia posse peccare nõ cadit in hoĩe ꝑ perfectionẽ potestatis sed per defectum. ¶ Dñe deus qui ab eterno oĩa preuidisti sicut tu potuisti creare hoc seculũ: sic si tu voluisses potuisses creasse multa alia secula infinita id est infinitos mundos. ¶ Sed q̃a non fuit rationabile ꝙ tu creares plura secula infinita: sicut fuit rationabile ꝙ creares vnũ seculũ tantum: propter hoc tu nõ creasti nisi vnũ solum. ¶ Et causa finalis propter quã tu creasti mũdũ fuit hec: vt tua gloria a creaturis rationabilibus cognosceretur. ꝛ ꝙ glorificareris ꝛ laudareris ab eis imppetuum. ¶ Deus qui mirabiliter oĩa ordinate condidisti benedicta sit tua sanctissima potestas: q̃a tu es dñe ita potens ꝙ de duabus diuersis naturis fecisti hominẽ / scilicet de natura elemẽtali ꝛ de natura spirituali / ꝛ voluisti ꝙ iste due nature essent vnũ indiuiduum hũanũ. ¶ Unde sicut tu potuisti creare subiectum humanũ de duabus diuersis naturis: sic si voluisses potuisses ipm creasse de tribus / vt puta ꝙ aliquis spiritus acciperet humanã naturã in vnitate ꝑsone sicut christus fecit. ¶ Gloriosissime deus tanta est tua excellentissima potestas: ꝙ sicut tu potuisti creare ꝛ ordinare ꝙ aĩa rationalis ꝛ corpus sint vnũ esse humanũ tñ: sic si tu voluisses potuisses fecisse vnũ indiuiduum tantũ qđ haberet caput hoĩs / haberet caudam piscis / alas auis / pedes bruti. ¶ Dñe deus qui cuncta rationabiliter creasti tibi omne genu humanũ flectatur: quia sicut tu potes resuscitare in die iudicij corpora hominũ mortuorũ: licet in cinerem sint conuersa. ita bene posses viuificare eadem die aues ꝛ bruta aĩalia ꝛ etiam arbores ꝛ omia vegetatiua. ¶ Sed in hoc ꝙ non est rationabile nec etiam necessarium ꝙ tu resuscites illa die aĩalia irrationabilia nec vegetabilia. propter hoc tua maxima potestas nollet illa resuscitare ĩ die iudicij. quia postq̃ deficit tibi ratio ꝙ p̃dicta nõ resuscites nõ potest esse in te voluntas predicta resuscitãdi. ¶ Omnis honor ergo et oĩs reuerentia attribuatur tue oĩpotenti potestati: quia ipa est potens facere quicq̃d vult. ¶ Dñe de⁹ cui nichil est impossibile: duo sunt que videntur impossibilia hominib⁹. pmũ est: quicquid fit contra naturã. quia nõ videtur hominib⁹ ꝙ quicq̃ possis facere ꝯtra cursũ nature. qđ est falsum. secundum est: ꝙ videt̃ hoĩbus / ꝙ nichil possis facere contra rationẽ. pmũ ĩpossibile qđ videt̃ nobis: inest nobis defectu scientie. secundũ impossibile qđ videtur nobis: inest nobis causa boni noticie quã tu tribuisti nobis. ĩ hoc ꝙ nos cognoscim⁹ te eẽ ita ꝑfectũ in bonitate ꝛ in ceteris virtutib⁹: ꝙ nullo modo possum⁹ existimare nec credere ꝙ tu possis in aliquo errare aut facere aliq̃d cõtra rationẽ. et ita istud vltimũ impossibile est verũ quo ad te: ꝛ nobis vtile ad credendum. sed pmũ nõ. ¶ Ergo decetero nullus dubitet ꝙ tu nõ possis facere contra cursum nature. quia multo magis est tibi possibile operari ꝛ facere cõtra cursũ nature / q̃ sit tibi ĩpossibile facere ꝯtra cursum nature. quia sine aliqua cõparatione plus potest facere tua ptãs q̃ natura possit sibi resistere. ¶ Quando nos eterne deus loq̃mur de tua ꝑfectissima potestate / ꝛ dicimus ꝙ solũ in ea est ista ĩpossibilitas / ꝙ nõ potest aliq̃d facere cõtra rationẽ. ista talis ĩpossibilitas nõ reputat̃ sibi in viciũ. quia secũdũ rei veritatẽ nõ inest ei ꝑ aliquẽ defectũ virtutis / imo inest ei per ꝑfectionẽ potestatis ꝛ sapiẽtie ꝛ ceterarũ virtutũ. ¶ Misericors deus illuminatio fideliũ: vehement̃ debet puniri error infideliũ / qui nõ credũt ꝙ tu possis aliq̃d facere cõtra naturã. nã ipsi nullaten⁹ possunt adhibere fidẽ / nec credere ꝙ aliqua ꝟgo existẽs in virginitate sua possit parere filiũ / ꝛ ꝙ remaneat virgo post partum. quare tales infideles decipiũtur quia credũt ꝙ tua potestas nõ possit tale aliq̃d operari contra cursum nature. que credulitas est falsa et reprobanda. ¶ Dñe deus si illi tales infideles repugnarẽt ꝛ obiicerent / ꝙ aliqua virgo non posset parere existẽs in sua virginitate / ꝛ ꝙ ad obiiciendũ istud haberent penes se hãc opinionẽ / ꝙ si tu posses istud facere / ꝛ faceres esset valde dissonum rationi ꝛ ordinationi tue sapientie / et ceterarum tuarũ virtutum: tunc nõ esset mirabile si ita obiicerent contra tuam potestatem. sed ipsi solum repugnãt propter hoc q̃a videtur eis illud esse impossibile secũdum cursum naturalem: ꝛ nõ querũt si ad illud faciendũ cõtra naturam / est tibi ratio ob quam tu debueris ĩ hoc cursum nature cõsuetũ mutare. ¶ Unde dñe de⁹ si ipsi essent sapientes ꝛ discreti: semꝑ qñ ipsi audirẽt nos fideles affirmare ꝛ dicere / ꝙ tu feceris aliqua cõtra cursum nature / ipsi statim deberent querere causam quare tu talia cõtra naturã feceris. ꝛ qñ esset eis expressum ꝙ ratiõabiliter illa acta sunt a te / licet acta sint cõtra naturã: ipsi deberent totaliter viã erroneã derelinquere / ꝛ adherere vie veritatis. ꝛ postea semꝑ credere: ꝙ tu in iis que rationabilia sunt cogis cursum nature. ¶ Dñe iesu christe qui es verus de⁹ ꝛ verus homo: valde puniendi sunt penis ꝑpetuis infideles / q̃ nullo modo possunt adhibere fidẽ / nec credere ꝙ tu possis esse simul deus et verus homo. vnde anteqũ in eis esset radicata huiusmodi incredulitas: ipsi deberent inq̃rere diligenter / si est ratiõabile ꝙ tu debeas esse / ꝛ possis esse ver⁹ de⁹ ꝛ verus homo simul. et postq̃ videret̃ eis ratiõabile ꝙ secũdũ

rationem tu deberes esse ⁊ posses simul verus deus
et verus homo:ipsi deberent flecti ad credēdum in
te sicut fideles. ¶ Sed anteq̄ infideles perueniant
ad credendū q̄ tu potes facere ⁊ operari contra cur
sum naturalem solitū:remanēt in prima cōmuni cre
dulitate eorū/q̄ nichil p te possit agi contra naturā.
et ita ipsi decipiūtur propter cursum nature:quē cre
dūt nullo modo p tuā potestatem posse trāsmutari
quē sine aliquo dubio tu potes transmutare. ¶ Un
de valde est mirādum de infidelibus qui nolunt cre
dere/q̄ tu possis aliquid facere contra naturā: sicut
nolunt credere q̄ tu possis esse simul verus deus et
verus homo. sed si ipsi subtiliter ⁊ rationabiliter cō-
siderarent qualiter mundus potest esse in esse:meli⁹
sine aliqua cōparatione deberent de hoc admirari/
q̄ de te q̄ possis esse simul verus deus et verus ho-
mo. nam maior ipossibilitas videtur esse q̄ mūdus
sit in esse:q̄ de te q̄ possis eē verus deus ⁊ verus ho
mo simul. quia mūdus deuenit in esse de nō esse per
tuam voluntatem/⁊ nō per cursum nature. sed q̄ tu
sis simul verus deus ⁊ verus homo:istud non deue
nit in esse de non esse. quia anteq̄ tu assumeres car-
nem humanā in vtero beatissime v̄ginis:iā ab eter-
no eras tu. ⁊ erat tam natura humana in beatissima
maria virgine gloriosissima. ergo cur ipsi nō preme
ditant q̄ si mūdus de quo minus videtur/est in esse
et peruenit in illud esse/de non esse: multo. melius
posse esse(sicut est)verū/quia magis videt̄ esse q̄ tu
possis esse simul verus deus et verus homo. ¶ Me
tuamus ergo oēs pariter ⁊ laudemus tuam maxi-
mam potestatem. que tante virtutis est/q̄ quicquid
vult facit. ⁊ non est creatura angelica/humana / aut
diabolica aut etiam ipsa natura/nec aliq̄d aliud qd̄
possit resistere tue potestati. ¶ Misericors deus cū
tua potestas sit tante dignitatis q̄ potest omnia fa
cere:quid agam ergo miserrimus q̄ totiēs tibi dedi
causam ⁊ occasionē vt deberes me imp̄petuū condē
nare. nichil aliud restat michi:nisi perā preterita plā
gere/⁊ iterū ea nō cōmittere/et q̄ confidam semp̄ de
tua piissima misericordia. ¶ Et tāta est dñe de⁹ tua
misericordia:q̄ illa inclinat tuā voluntatem ⁊ tuam
potestatē ad clementiā et ad pietatē/tunc qñ pecca-
tor confidēter se cōmittit ei. quare cōfidēter tuā mi-
sericordiā deprecor:vt ipsa inclinet tuā volūtatē ad
miserēdū mei/quia totiēs peccaui cōtra te/cui sp̄ de
buissem obedisse tanq̄ vero creatori et vero deo.

¶ Incipit septima distinctio i qua tracta
tur de sciētia diuina qualiter de⁹ est sciēs
in sua diuina essentia.

Deus cui omnia patefiūt et nichil tue
scientie est absconsum:tua benedicta
scientia est tante virtutis/q̄ est infini
ta i tua gloriosissima essentia. ¶ Do-
mine de⁹ licet maiori parti hominū
simul videret̄ eē mirabile/tantā eē tuā scientiā q̄ oīa
nouit:ego nō miror:quia eo q̄ nostra sciētia est fini-
ta:videtur nobis eē valde mirabile sciētiā infinitam
esse. ¶ Pater eterne:nō est in eē aliqua sciētia/q̄ tue
valeat cōparari:quia q̄cunq̄ alia scientia preter tuā
est finita. quare impossibile est q̄ aliqua alia sciētia
finita:possit attingere ad id ad qd̄ tua sciētia infini-
ta attingit. ¶ Ois honor ⁊ reuerentia attribuat̄ tue
benedicte scientie. quia ipsa est eterna:eo q̄ ab eter-
no tua eēntia diuina oīa sciuit:ei eternitas et sciē-
tia tua simul ab eterno fuerunt:q̄a ista duo sunt vnū
et idē intelligenter differant in modo intelligēdi. ¶ Iīē
dñe deus tua excellens scientia est tante virtutis q̄
non habet principiū neq̄ finem. sed infinite cuncta
scit et cognoscit. et non habet vllum terminū vltra
quē non transgrediatur:quod minime est in ceteris
scientiis. quia omnes intra terminos terminantur
et habent principium. ¶ Dñe deus nichil est creatū
in quo sit tanta scientia vt possit atingere ad perci-
piendam tuā scientiā infinitā/vel tuā bonitatē/aut
tuam sapientiā/⁊ sic de ceteris tuis virtutibus:cum
scientia cuiuslibet rei preter tuā sit finita/et omnes
nostre humane v̄tutes similiter sint finite. quare fini
tas nō potest attigere ad sciendā infinitatē. ¶ Rex
regum deus. ⁊ dñe dñantium:si reges terreni letan-
tur et exultant in cordibus suis/cum sciunt se eē po
tentes super gentes suas:quis potest existimare ma
ximam leticiam et maximū gaudiū quod est in te ra
tione tue scientie que ab eterno sciuit te toti mundo
dñari/⁊ habere potestatem super omnia creata quā
do essent? ¶ Quia in hoc q̄ tu scis te esse deum icor
ruptibilem ⁊ sine principio ⁊ sine fine/et cuncta pos
se/⁊ scis etiam te solum esse vnū deum ⁊ vnum crea
torem omniū:quis posset cogitare quāta est dulce-
do in te tanti boni? ¶ Dñe deus cū tua sanctissima
scientia sit tante nobilitatis ⁊ tante virtutis vt predi
ximus:que est illa mēs q̄ posset premeditari tuā bo
nitatem/aut quales oculi possent illā videre aut q̄
aures possent audire laudes q̄ pertinēt ei attribui:
¶ Gloriosissime deus qui sup̄ cuncta habes actum
et potestatē secūdū q̄ tibi placet. qñ quis scit seip̄m
esse iustum sobriū p̄seuerantē in bono:valde est in-
tra se hilaris ⁊ iocundus. sic vt illi videatur q̄ nulla
tristicia possit in eo cadere. ¶ Ergo si talis sciētia le
tificat iustos:quanto magis sine aliq̄ cōparatiōe tu
es magis gloriosus in gaudio ⁊ leticia q̄ ipsi: q̄ scis
te esse ita iustū ⁊ ita sapiētē ⁊ ita de reliq̄s p̄fectiōib⁹
oibus. ¶ Dñe de⁹ sicut tua scientia est tibi honor et
gloria:sic scientia mea est michi dedecus ⁊ vituperi-
um. quia ego scio me esse inobedientem tuis man-
datis ⁊ trāsgressorē tue diuine legis. vnde quia ego
scio me talē:sciētia mea icitat me ad flet⁹/⁊ ad lacri
mas:q̄a ego scio me sic inutiliter meū tēp⁹ expēdisse.
¶ Veracissime dñe:tua scientia est tibi maxima glo

ria. quia tu scis te esse ita gloriosum sicut es. nam sicut est maxima gloria quā tu propter hoc habes: sic est maxima scientia qua mediante tu scis te esse gloriosum. ¶ Item dñe deus tua scientia est maxima in nobilitate ꝛ in gloria. quia eo ꝙ scis ꝙ omnis gloria que est in te ꝓcedit a teipso solo et nō ab alio: in hoc est excellentissima tua sciētia / in virtute et sanctitate. ¶ Pater celestis deus: cū tu scias teipsum solum eē totā gloriā nostrā / et scias ꝙ in paradiso nos nō gloriemur nisi in te solo: talis scientia est tibi valde nobilis et gloriosa / et precipue cū scias ꝙ omis gloria habeat a te solo ꝓcedere ꝛ in te solo eē. ¶ Fortis domine et patiens: licet scientia nostra sit ita modica ꝛ fragilis / ꝙ non possit attingere ad sciendū tuā diuinā eēntiam ratōne tue infinitatis / ad minus placuit tibi ꝙ ostenderes nobis te eē. et placuit tibi etiā: vt non veniamus ad te ꝑ aliam viam / nisi ꝑ tuam rectissimā. ¶ Causa quare nos nescim⁹ tuā diuinā essentiam quid sit: est ista. quia nostra fragilis scientia nō potest attingere ad sciendum tuas excellentissimas virtutes que sunt in te. ¶ Quia sicut oleū semꝑ naturaliter natat et emergit suꝑ aquā: sic tua scientia infinita stat suꝑ nostram finitam / et est ea excellentior sine aliqua cōparatiōe. ꝛ ꝓpter hoc nostra sciētia non potest attingere ad sciēdū illa que tua scit. ꝛ eo min⁹ cū nostra sciētia sit ebetata ꝑ ignorantiā ꝓpter peccatū ꝓthoplasti. Laus honor et reuerentia sit tue venerabili scīe / que dat nobis sciētiam intelligendi in te virtutes: q̄bus mediantibus nos ꝑuenimus ad certitudinem intelligendi et sciendi te eē in trinitate / que trinitas est ī te vna sola vnitas eēntie. ¶ Tamē dñe licet nos sciamus ꝙ tua eēntia diuina sit trina in ꝑsonis / ob hoc non habemus noticiā plenarie de tua diuina essentia q̄d sit in se. quia illud scire est ita arduū et ꝓfundū / ꝙ noster intellect⁹ non potest ad hoc sufficere. ¶ Nec ego miror si intellectus noster est ī hoc deficiens: quia in multis alijs q̄ sunt faciliora ad intelligendū et ad sciendum q̄ꝫ hoc sit est insufficiens / et nō potens attingere: quia licet ego sciam meā humanitatē resultare ex cōiunctione corporis et anime nō ideo scio quid sit anima in seipa. ¶ Sanctissime dñe deus: tua nobilissima sciēa scit te eē totum bonū ꝛ totum ꝑfectū in oībus virtutibus / et scit ꝙ nichil creatū est sufficiēs / ad sciendum seu percipiēdū tuam maximā scientiam. ¶ Sine omni estimatione tua diuina scientia differt multum a nostra humana quia nos scimus quicq̄d scimus cū medio: tu vero q̄cūqꝫ scis / scis sine medio. ¶ Dñe de⁹ cū nos sciam⁹ te esse ꝑfectissimū in bonitate / et ista sciētia siue noticia insit nobis ꝑ ostensionē ip̄arū creaturarū q̄ id nobis insinuant: q̄ꝫto plus sine cōparatione tu scis teipsum esse perfectū in bonitate / cum a nullo tu percipias tuam bonitatē esse maximam in te / nisi a te solo qui hoc scis. ¶ Potentissime dñe deus: quis posset existimare tuā maximā sciētiā. q̄a nostra sciētia solū augmentat ꝛ crescit eo ꝙ cupit te cognoscere / et scire tuū esse. vnde quicq̄d boni inest nostre sciēe: totum inest ei causa tui. quare valde debet eē tua sciētia magna ꝛ nobilis / q̄ scit suā ꝓpriā bonitatē eo ꝙ scit ꝑfecte totam bonitatem tue diuine essentie. ¶ Domine deus postq̄ꝫ nostra scientia crescit et multiplicatur q̄ꝫto plus accedit ad intelligendū tuas virtutes: dicam omnibus amicis meis et familiaribus / ꝙ omnes insimul prebeant michi auxilium ad contemplandum in te secūdum verba que in hoc libro continentur. et causa quare eis id dicam: erit ista. vt eorum sciētia atqꝫ mea multiplicet̄ ꝛ augmentet̄ in te. ¶ Et si nos domine deus possumus contemplari in toto posse nostro / et toto animo secundum ordinationē huius libri: sic augmentabitur et multiplicabitur scientia nostra circa te / ꝙ nō poterimus remoueri a feruore tue dilectiōis ꝓpt̄ famem vł sitim / neqꝫ etiā ꝓpter aliq̄d aliud torquēs nostra corpa. ¶ Honoremus ergo pariter ꝛ laudem⁹ tuā gloriosam scientiā infinitā / q̄ est vltra terminū itra quē nostra sciētia finita termiat̄ ꝛ claudit̄. Et recognoscat penes se vnusquisqꝫ ꝙ sua sciētia est ita friuola et misere cōditionis ꝙ modicū nouit de ijs que sunt in eē. cū scientia cuiuslibet sit finita. ¶ Dñe deus: cū nostra ergo scientia sit omni ignorātie ꝛ oī cecitati dedita te oro humilit̄ abortis lachrymis / ꝙ tu ad minus nō ꝑmittas me obliuiōi tradere laudē ꝛ gloriā q̄ tibi debent a quolibet attribui tāqꝫ suo dño et suo deo.

¶ Qualiter deus scit omnia / et omnium qualitates.

DEus q̄ ab eterno oīa ꝛ qualitates omniū ꝑsciuisti: oīs laus et oīs gloria sit tue sctissime sciētie q̄ scit q̄d substātia angelica sit in seipa. nec mirū cū ipsa tibi pateat tanqꝫ suo creatori: q̄ eā de nichilo creasti. ¶ Domie de⁹ cum tu scias verissime / ꝙ substantia angelica est in seipsa et qualis sit: nos ignoramus illud. et licet nos sciamus ꝙ angelica creatura sit substantia spiritualis: ꝓpter hoc non constat nobis neqꝫ scimus / quid illa substantia sit in seipsa / nec qualis sit. et iste defectus scientie inest nobis propter hoc: quia esse substantie angelice est absconsum nostris quinqꝫ sensibus corporalibus. ¶ Quare licet substātia angelica sit ignota nostre sciētie ꝓpter hoc q̄a ip̄a non potest rep̄sentari nostris quinqꝫ sensibus spiritualib⁹ ꝑ sensus corporales: ꝓpter hoc non est ignota tue sciētie. quia non oportet ꝙ ꝑ aliū de aliquo fiat tibi rep̄sentatio / cū tu oīa scias. ¶ Cōditor omniū deus / et omniū ab eterno prescitor: tibi soli reuerentia et gloria tribuatur. nam tu scis esse anime rationalis / et sciuisti illā etiā

anteq̃ eēt in esse/et omnia ex quibus anima constat et ex quibus pficitur. ¶ Et licet dn̄e deus in te sit plena scientia et certa de nostris aīabus rōnabilib⁹: illud abest nobis/q̃uis nos sciamus q̄ homo est indiuiduū cōpositū ex corpore et aīa/tamen perfecte nō cognoscimus essentiam anime quid est. causa quare nos istud nō possumus scire est ista: quia de ipsa nō est representatio nostris quibus sensibus corporalib⁹ nec quinq̄ spiritualibus. ¶ Hoc est quasi mirabile q̄ habeamus aīam/et nesciamus quid anima sit in seipsa. tamen si quis subtiliter considerauerit nō deberet admirari/cū nostra scientia patiat defectum in sciēdo ea que sunt spiritualia. ¶ Tibi soli deo sit honor et gloria/qui es vera spes fideliū: quia tu solus es ille qui habes certam noticiā et scientiā de materia et forma firmamenti et elementoꝝ/et de eoꝝ cōpositionibus. quia illud qđ est eoꝝ materia et forma prescitur a tua sanctissima prescientia/cum oīa constent tibi tanq̄ omniū vero creatori. ¶ Domine de⁹ non est ita de nostra finita scientia sicut de tua infinita. quia licet nos habeamus corpus compositum ex quattuor elementis. ꝓpter hoc quando nos intelligimus in nostro intellectu materiā eoꝝ et priuam⁹ illam forma: tunc deficit nobis nostra scientia. q̄a nō possumus scire neq̄ intelligere quid sit illa materia in seipsa. ¶ Unde istud est valde mirabile / q̄ nos scimus id quod nescimus/nec intelligimus quid sit in seipso. vnde quia sciētia et intellectus deest nobis ad sciendum illud quod nos sumus: q̄nto plus sine aliq̄ comparatione debet nobis deficere scientia et intellectus ad sciēdum et ꝑcipiendū q̄d tua diuina substātia sit in seipsa ¶ Omnis rationalis creatura studeat tibi dn̄e deus laudes impendere: quia tu solus nosti proprietates/et qualitates tēporis. quia tu terminasti et inclusisti illud inter ceteros terminos scilicet inter principiū et finē. vnde nō est mirū: si tibi inest certa sciētia de tēpore postq̄ tu creasti illud. ¶ Et merito nostre fragili scientie debet attribui omnis vilitas et miseria. et hoc quia nostra scientia non est sufficiens ad cognoscendū instans tēporis / scilicet nūc qđ est in principio q̄n nos incipimus esse: nec instans tēporis similiter qđ est in fine quando nos desinimus esse in hoc mūdo/nec scimus etiā illud instans temporis in quo sumus modo in presenti. Unde cū nostra scientia desit circa talia ad sciendum: q̄ sciētia est vilior et miserior q̄ nostra: vel que scientia est tue cōparabilis: nulla: cum ei omnia constent. ¶ Iste defectus nesciendi predicta cadit in nostra scientia causa breuis et momentanee morule que est in illo instāti tēporis/in quo tēpus consistit. quia illud instans tēporis scilicet nunc est ita festinū et preceps/atq̄ repente transiens: q̄ noster intellectus nequit percipere suam impartibilē morulam. ¶ Tu solus deus nosti causam et effectum omniū rerū. nam tu scis causam nostre sanitatis et causam nostre egritudinis. q̄a tu solus es ille qui sanas et occidis/et facis de creaturis quicq̄d tibi ratiōabiliter visum est facere. ¶ Sed non est ita dn̄e deus de nostra scientia: q̄a licet nos sentiamus nosmetipsos sanos vel infirmos: ꝓpt̄ hoc nescimus causam veracem quare sumus vel sani vel egri. imo iudicamus tanq̄ ceci de coloribus. et probatur in hoc. quia frequenter nos volumus meliorare conditiones nostri status et nostre sanitatis: et ꝑ ignorantiam eligimus deteriorem partem. ¶ Quare valde est mirandū quia nostra scientia est ita modica q̄ nescim⁹ malū qđ est in nobis a nobis eijcere/ nec scimus illud euitare. qđ patet ꝑ mortē quā scim⁹ multotiens nobis adesse/et scimus q̄ illa generaliter aufert vnicuiq̄ esse suum quo ad mūdū: et tamē nullū scimus adhibere remediū/q̄ illam aliquo modo valeamus euadere. ¶ Dn̄e deus licet homo inter ceteras creaturas visibiles dignior et nobilior sit: ꝓpter hoc non remanet quin ipse patiatur defectum in sciendo esse rerum. quod esse a te solo scitur: tanq̄ ab illo qui nullū defectum patitur in scientia. ¶ Misericors deus q̄ magnus defectus scientie inest humane creature: quia sepe et sepius accidit nobis q̄ ex certa scientia credimus scire multa que totaliter ignoramus. et non mirū si q̄ plurima ignoramus in eē eoꝝ. quia etiam nos patimur defectum in sciendo nostrū esse ꝓpriū. ¶ Gloriosissime deus si homines superbi et pomposi huius mūdi scirent vel cogitarent paucitatem et fragilitatē sue sciētie. ego credo firmiter q̄ ipsi desisterent a sua suꝑbia et a suis pomposis gestibus et humiliarent seipsos tibi suo creatori/et suo ꝓximo. ¶ Pater de celis deus licet nos cōfiteamur/et ita sit verū q̄ nostra scientia modica sit et fragilis: ꝓpter hoc nos nō sumus excusati ex nostris malis opibus que agimus multotiens contra iuris ordinem et scienter. et hoc est q̄a non peccamus in nostris actibus ꝑ defectū scientie. ¶ Quia licet dn̄e deus ego nesciam tuā essentiā: nec sciam etiam quid sit esse meū nec esse creaturarū: sufficit michi scire te eē/et scire me esse subditū tibi: laudesq̄ semꝑ impendere /. et corde et animo tibi nocte et die seruire. ¶ Unde benedictū et gloriosum sit nomē tuū de⁹ ineternū: q̄a placuit tibi ita illuminare intellectū nostrū ꝑ gratiā tui luminis: q̄ nos scimus et tenemur necessario te amare et glorificare et obedire oībus tuis mādatis. ¶ Alpha et o/deus sine ꝑncipio et sine fine: eternitas cognoscatur eē in te/et in me cognoscatur eē ꝑncipiū et finis. finis tamen quo ad mundū. quia ego sum ita misere scientie et fragilis intellectus q̄ sepenumero ego iactaui me sicut rudis / scire id quod ignorabam. et redarguebam sepe homines / cum ignorabant illa que erant impossibilia vt ab eis scirentur. ¶ Domine deus benedicta sint tua opera ineternum. quia tu per gratiam tue bonitatis: fecisti me cognoscere

et ꝑcipere defectum mee scientie: quare te suppliciter rogito ꝙ tu ꝯserues in me istã scientiã quã infudisti michi q̃ est: ꝙ tu facis me cognoscere defectũ ⁊ fragilitatẽ mee modice scientie. ¶ Potentissime deus si forte contingat ꝙ ego velim me iactare et gloriari de scientia mea te humiliter oro/ ꝙ tu representes ante me mee ignorantiam ⁊ defectum sciẽne que est in me naturaliter/ et in omnibus alijs. ⁊ credo ꝙ tunc facta sibi ista representatione: desinet gloriari de sua modica scientia. ¶ Deus remunerator bonoꝝ/ tu solus es ille qui scis aptare et emendare hoc in quo nos peccamus et erramus ꝑ defectum nostre scientie. quia nõ possumus nobis de facili cauere ne labamur in ijs q̃ ignoramus. ¶ Sed tua benedicta scientia que omĩa nouit/ in nullo peccat. quia ab eterno ordinate sciuit omnia: et ita ipsa ordinat plurima que nos inordinaueramus ꝑ defectum nostre scientie. ¶ Ergo dñe deus illumina corda nostra et supple defectum nostre scientie taliter ꝙ nos sciamus (vt tenemur) cõtẽplari in te. et ꝙ totaliter simus dediti tuo seruitio et laudibus tui nominis gloriosi. ¶ Mitis dñe et benigne/ adeo humanũ genus cognoscit et percipit te eẽ bonũ/ ꝓpter tuam scientiã/ et propter plures alias virtutes que sunt in te: ꝙ q̃ plures causas et occasiones habemus te feruenter diligendi: et nomẽ tuũ exaltãdi. ideo debemus conari vt ꝯsequamur q̇cq̇d studiosum poterimus. et maior causa quã habemus vt sequamur omne bonũ et simus studiosi est hec/ q̇a in nostra scientia stat noticia et ꝑceptio tue maxime bonitatis. ¶ Valde debemus dñe deus erubescere et timere/ qui scimus ꝙ a tua scientia scitur quicq̇d facinorosum cõmisimus/ tã q̃ ab illa cui nichil est occultum. ¶ Ergo domine deus postq̃ nos scimus ꝙ omnes actus nostri tam boni q̃ mali presciuntur a tua benedicta scientia: placeat tibi ꝙ nos cognoscamus te et sciamus tibi soli debere seruire. et tibi soli laudes die ac nocte impendere/ tanq̃ vero creatori nostro et vero deo.

¶ Qualiter deus scit quicq̇d faciũt creature.

DEus per cuius ordinatiõem omnia ordinate consistunt/ tibi soli laus et gloria et reuerentia. quia tu solus es ille qui scis quicquid faciunt angeli/ et in quo ipsi gloriant: quia in te solo: et hoc scis tu/ quia creasti ⁊ ordinasti eos ad faciendũ quicquid faciunt. ¶ Similiter dñe deus/ tu scis quicquid faciunt demones. nam tibi cõstant omnes falsitates eorũ: et omnes pessime eorũ suggestiones. et hoc scis tu domine deus/ quia ipsi subsunt tue potestati tanq̃ suo creatori. ¶ Item tu scis circũuolutionem firmamenti et influentias corporum supcelestium. et tu qui es natura naturans/ scis ꝙ natura naturata nichil potest operari sine tuo dominio. ¶ Defensor noster deus tu scis simplicitatẽ ⁊ cõpositionem elementorum/ ⁊ eorũ dissolutiones. et scis qualiter et quando cõponuntur in corporibus et qualiter dissoluũtur. ¶ Domine deus tãta est tua scientia/ ꝙ tu scis naturam et esse omniũ animaliũ tam rationaliũ q̃ sensitiuoꝝ/ et naturã omniũ vegetabiliũ et omniũ metalloꝝ et omniũ etiam elementoꝝ. ¶ Item tibi constat qualiter quelibet species animalis/ applaudit sue simili speciei: et hoc similiter in vegetabilibus: et scis etiam quãdo debeat corrũpi vel perearí. ¶ Glorificet vnusquisq̃ tuam sanctã scientiã que tante virtutis est/ ꝙ ipsa nouit et scit q̇cquid homines ꝑmeditantur in suis cordibus ac mẽtibus/ siue sint bone cogitationes siue male. ¶ Nec mirũ si tu scis quicquid homines faciunt et cogitãt quia tu solus es ille qui sustines eos in esse/ et facis eos loqui/ ire/ et moueri de loco ad aliũ: et (vt breuius loquar) tu es causa effectiua omniũ suorũ actuũ/ tanq̃ ille tamẽ sine cuius adiutorio et ꝑmissione ipsi nichil possunt. ¶ In hoc probatur domine deus ꝙ nullo modo tua diuina scientia potest ꝑcipi a nostra humana/ nec debet ei in aliquo comparari. nam tua scientia scit omnes actus nostros/ et quicquid nos cogitamus: nequaq̃ nostra scientia potest scire. Vnde cum nos ipsi nequeamus scire illa que facimus/ ⁊ tua scientia penitus sciat ita vt nichil remaneat ei incognitũ: probatur ꝙ tua est omnia sciens et nostra est fragilis et inanis. ¶ Perfectissime deus in cunctis virtutibus/ ita es perfectissimus in sciẽtia/ ꝙ tu scis omnes voluntates nostras. et hec est summa gloria tue scientie: vt scias tot voluntates et tot intima cordium quot possunt cogitari/ et etiam plures voluntates q̃ possent esse in actu. ¶ Sed non est ita domine deus de nostra fragili scientia/ sicut de tua gloriosissima. nullus enim homo potest scire voluntates alterius: nisi quasdam/ quas quidẽ ꝑ similitudines percipimus. sed ad sciendũ alienas hominũ voluntates veraciter/ nõ sufficiũt nobis (quo ad veram scientiam) verba/ signa/ neq̃ nutus. ¶ Item maior defectus est adhuc in nostra scientia humana. quia nullo modo possumus scire ꝑ quãtum tẽporis volũtas quã habemus durabit in nobis. aut quando remouebitur a nobis. ¶ Deus fortis et patiens ꝑ cuius influentiam omnia sustinentur in esse/ tua scientia scit qua intentione nos facimus quicquid facimus. et vtrum illud qđ facimus sit nobis meritoriũ vel damnosum. ¶ Gloria ⁊ honor tibi ergo domine deus imperpetuũ tribuatur: quia tu es ille qui solus scis omnia opera nostra tam studiosa q̃ reproba et scis modum et causam cur nostra opera de vicijs in virtutes mutantur aut cõtra. ¶ Eterne deus cum tibi cõstent quecũq̃ procedũt a nostris mẽtibus ⁊ a nostris actibus/ q̃ benedicti sunt illi quorum inten-

tio et opera versantur circa exhibitionē tui servitij et honoris. ve autē illis qui conantur in hoc mūdo habere novā gloriam seculi / et tantū intendunt circa seipsos exaltandos ac circa eorū pomposa gestus. ¶ Pater imense potestatis q̄s est ille qui posset existimare magnitudinem tue sciētie / q̄ tante virtutis est / q̄ ipsa novit omnes cogitationes hominū ī vno instanti tēporis. q̄uis alie alijs multipliciter cōtrarientur. ¶ Omnis pfectio et omnis integritas cognoscatur / et attribuatur tue divine scientie. et nostre humane scientie cognoscatur fragilitas et defectus. q̄a nos non possumus in eodē tempore intelligere nec ꝑcipere diversa / imo oportet q̄ prius ītelligamus et ꝑcipiamus vnū / et postea reliquū. et ita vnū post aliud. sed tu domine deus in vno instāti tēporis oīa intelligis et scis / licet sint diversa inter se / ꝛ plurima ob hoc non impediūt tuā divinā sciētiam. ¶ Itē domine deus in hoc potest ꝓbari tua sciētia esse maxima / ꝛ nostra valde modica. nam si duo homines aut plures loquant̄ inter se cōtraria / ille qui audiet huiusmodi cōtrarietates verboꝝ: nullatenus poterit ꝑcipere intellectū verborū in eodē tēpore. nō enī poterit intelligere simul verba loquētiū illas cōtrarietates. nā oportet q̄ amittat intellectum quorūdam verboꝝ ꝓpter alia. sed tua sciētia nō impedit̄ ꝓpter multitudinem diversoꝝ verboꝝ. imo simul omnia intelligit et percipit in vno instanti tēporis. ¶ Immortalis deus cui omnia vivūt / quia nisi mentis inops ignorat tuā maximā scientiā / q̄a tāta est q̄ omnia preterita et futura sunt sibi presentia. et ita bene sunt preterita / ꝛ futura ab ea cognita vt presentia. q̄d valde deest in nostra humana scientia. quia nos multo fortius ignoramus pretenta et futura q̄ presentia. ¶ Dñe deus tāta est fragilitas nostre misere sciētie et nostre labilis memorie: q̄ quasi vix aliquid eo modo quo fuit recolimus in ꝑterito tēpore / et maxime si longū tempus transactum est. et quasi nichil de futuro ꝑcipimus: nisi per quedā signa apparentia: sed quasi solū tēpus presens patet nobis. ¶ Unde et maxime nos recolimus de ijs q̄ fiunt in presenti q̄ de ꝑteritis. ideo nos magis verecūdamur de peccatis que facimus in ꝑsenti q̄ de ijs q̄ fecimus in preterito vel de his que facturi sumus. licet preterita peccata sint ita gravia vel etiā graviora q̄ presentia. vnde nisi esset ꝑ defectū sciētie ita bene deberemus plangere pctā ꝑterita sicut presentia / et ita bene erubescere de illis sicut de alijs.

¶ Dñe deus tot gratias / et tot laudes debemus tibi impendere ꝓ beneficijs nobis collatis / ꝛ etiam ꝓ ꝯferēdis / sicut ꝓ beneficijs que in presenti cōfers nobis. Unde cū nos istud mīme faciamus: id ꝓvenit nobis ꝑ defectum scientie q̄ deficit nobis ad recolendum preterita et ad cognoscendū futura. ¶ Quare dñe deus suppliciter te oro q̄ tu infundas michi gratiam / q̄ ego laudem te ita bene pro beneficijs michi collatis et pro conferendis / sicut pro illis q̄ in presenti confers michi. Nam valde est reprehensibile vnūquēq̄ recipere a suo dño et a suo creatore infinita beneficia et dona: et nō ei gratias agere / neq̄ laudes.

¶ Magnificentia et gloria attribuatur tibi soli deo: quia quicquid nos dicimus / facimus / aut cogitamus prescitur a tua sancta sciētia: ꝛ nichil illi potest abscōdi. quare ego clamabo in medio platearū: timete et honorate deū meū / qui novit oēs cogitationes vestras et cuncta vestra oꝑa. ¶ Et ego similiter ꝓferā anime mee q̄ caueat sibi ab omni mala cogitatione et ab omni malo opere: et quādo voluerit circa aliq̄ meditari / q̄ videat vt ad cogitandū habeat bonā intentionē ꝛ sanam. quia sola intentio iudicat nostros actus et nostras cogitationes indifferenter. vnde intentioni fiet hominū condigna responsio meritorū. ¶ Sed ego sum vsq̄ adeo pauper / inopsq̄ virtutū et intellectus q̄ nisi tuū auxiliū et tua gratia me fulcirent / nō possem meipsum admonere nec alios homines ad operandū aliquid studiosum / nec ad defendum vicia que sunt in me et in eis. ¶ Domine deus postq̄ ego cognosco et scio (et in hoc cōmendatur inter cetera mea scientia) q̄ tu scis quodcūq̄ malum et quodcunq̄ facinus ego feci vel cogitavi / ego erubescens ex hoc maxima verecundia / rogo etiam q̄ non cessem āmodo die noctuq̄ orare tuam clemētiam vt ipsa misereatur meorū peccatorum prestans michi gratiam: ne ad alia aut similia vlterius ꝑtrahar. Nam valde debeo erubescere de maleficijs que cōmisi / quando ego premeditor q̄ nichil potest abscondi a tua sanctissima scientia. et valde debeo etiā metuere tuum terribile iudiciū. quia scio q̄ nullum malum remanebit impunitum. vnde ve michi misero peccatori: et alijs qui in tot prohibita quottidie labimur. ¶ Placeat ergo tibi domine deus ꝑ tuam misericordiam vt (postq̄ tibi constant omnia delicta mea) ostendas erga me servū tuū / tuam maximā patientiam et misericordiā / vt ego servus tuus nō cadam in desperationem misericordie tue deus.

¶ Qualiter deus scit quantitatem et numerum omniū rerum.

Deus qui in vnitate eēntie / es trinus in ꝑsonis. ī te est plenaria ꝛ ꝑfecta integritas scientie: quia tu scis indubitāter numerū omniū angeloꝝ. ꝛ omnium malignoꝝ spirituū: licet q̄ plurimi sint. et tibi sunt omnes finiti.

¶ Item tu scis firmiter quot anni sunt elapsi / et quot mēses / et quot septimane / quot dies ꝛ quot hore / quotq̄ puncta / et quot momenta a creatione eorū vsq̄ modo. ¶ Item tu scis quantam gloriam angeli habent in paradiso / ꝛ quantā penam demones

in inferno. quia tu solus es ille in quo angeli glori=
antur. et a te solo recipiunt totam eorum gloriam.
et es similiter solus ille qui facis malignos spiritus
torqueri in inferno penis perpetuis. ¶ Nemo est
domine de⁹ qui posset existimare nec referre magni=
tudinem tue scientie. q̃a tu scis magnitudinē firma=
menti in profunditate/ in latitudine/ ⁊ in longitudiē
et scis ꝙ certas mensuras continent in se. ¶ Tue be
nedicte scientie sit oīs laus et honor que tanta est ꝙ
scit patenter numerū omniū stellarū ⁊ numerū mo=
tus firmamenti et corporū supcelestiū. et scis eorum
velocitatem. ¶ Quanto quis plus considerat tuam
sanctissimā scientiam/ tanto inuenit eam magis sup
excellētem et admirabilem: quia tu scis numerū om
niū montiū/ ⁊ omniū planicieꝝ/ fontiūq3 ⁊ fluminū
omniū ac puteoꝝ: et scis etiā quot sunt in vniuerso
loca mundi. et scis quot grana arene sunt in vniuer=
so/ et quot atomi. ¶ Glorificetur ab oīb⁹ tua ingēs
scientia pie deus: quia tu scis quot sunt aīalia in vni
uerso/ et quot vegetantia/ ⁊ quot q̃cūq3 mouent/ ⁊ q̃t
inaīata/ ⁊ scis etiam istoꝝ omniū quātitatē. ¶ Itē
tu scis quot sunt genera aīaliū in vniuerso/ et q̃t ve=
getabiliū et quot eoꝝ spēs/ et quot eorū indiuidua: ⁊
scis etiā quot sūt pili omniū reꝝ in vniuerso: et quot
sunt folia tam arboꝝ q̃3 herbarū. ¶ Item tu scis cer
tum numerum omniū ciuitatum in vniuerso/ et oīm
villarū/ castroꝝ et suburbioꝝ. et scis quot gutte plu=
uie ceciderūt de celis a creatione mūdi hucusq3. ⁊ q̃t
gutte aque sunt in mari/ et quot similiter in aq̃s ter=
rarū. ¶ Benedictus sis de⁹ in mirabilibus tuis: q̃a
tu scis dñe numerū saluandoꝝ necnō et cōdēnando
rū. scis preterea merita eorūdē/ siue bona fuerint si=
ue mala. ¶ Item tu scis quot modis q̃s meretur eē
gloriosus/ et quot similiter pati penas infinitas.
¶ Item tu scis ꝙ plura bona iusti potuissent fecisse
q̃3 fecerint/ et ꝙ plura mala potuissent vitasse q̃3 vi=
tauerint. ¶ Talis scientia vt tua est/ est ab oībus nō
immerito reuerenda: quia ipa scit p̄ncipiū ⁊ finē ipsi
us tpis: et scit ipius annos/ mēses/ ⁊ septimanas/ di
es/ horas/ pūcta/ atq3 momenta. ¶ Item tu scis quo
ties mouetur firmamentum et stelle/ et oīa corpo
ra supercelestia/ et quicq̃d in orbe mouet a creatione
eoꝝ ad p̄sens vsq3. ¶ Mirabiliter dñe de⁹ est maxia
tua sciētia et pfectissima: nostra vero mirabilit ⁊ val
de modica/ fragilis/ ac in multis defectum patiens.
quia sicut tu scis per veram perfectionem scientie in
vno momento/ quicquid factum est/ et fit nunc ⁊ fi=
et in futuro: sic nos ignoramus per defectum scientie
certitudinem de tribus predictis tēporibus/ et maxi
me de futuro cum nesciamus si habebimus tempus
per vnū momentum ad claudendum et ad aperien=
dum solum oculū. ¶ Domine deus sicut tu scis om
ne scibile/ et omniū diuersitates/ sic est consonum ra
tioni ꝙ nos totis nostris viribus conemur ad laudā

dum et ad glorificandum te sine fine. ¶ Misericors
deus sicut tu debes exaltari/ magnificari/ et laudari
a cunctis gentibus diuersis modis propter tuas vir
tutes/ sic nos peccatores debemus increpari/ et vitu
perari a cunctis hominibus nos cognoscentibus: di
uersis opprobrijs/ propter vicia nostra. ¶ Quia mo
menta/ hore/ et dies in quibus ego peccaui tibi non
possent numerari nec estimari: in quibus omnibus
ego debuissem tibi humiliter deseruisse: cū vnū solū
momentum non debeam sine tua laude preterire.
¶ Mitis domine et benigne/ quādo ego cogito in
multitudine delictorū meorum/ et video ꝙ innume
rabilia sunt quo ad me. et hoc p defectum mee scien=
tie que non potest attingere ad percipiēdum eorū nu
merum/ et attingit bene ad sciendū paucitatem bo=
norū que feci: ego ipse censeo me quasi reum mortis.
quia scio ꝙ ego nescio hec propter magnam scientiā
que sit in me/ sed propter minimā quātitatē bonorū
que feci. ¶ Qualiter possem ego scire numerū pecca
torū meorū? nullo modo. quia tot sunt/ vt eorū me
moriam non possim habere/ nam totum meū cor=
pus deditum fuit peccato. ¶ Quid ergo agam ego
miserrimus/ qui scio ꝙ tu scis multitudinem et nu=
merū omniū delictorū meoꝝ. et scis ꝙ reddes vnicui
q3 secundum eius merita? ¶ Gloriosissime deus cu=
ius manus nemo potest aufugere/ adeo sentio ⁊ scio
me esse facinorosum et culpabilem tibi/ ꝙ nullū ali=
ud refugiū habeo nisi orare te suppliciter effusis la=
chrymis vt deleas peccata mea: dās michi gratiam
contrito corde tibi confitendi/ et ad peccata preteri=
ta nullo pacto redeūdi neq3 ad similia. ¶ Ergo nul
lum aliud consiliū restat michi ad consequendā ve=
niam a te deus/ et ad habendam īmunitatem de vni
uersis delictis meis: verū vt semper in tota vita mea
die ac nocte tibi seruiam/ et laudem nomē tuū in eter
num. ¶ Item oculi mei continue lugeant cōmissa
mea ꝓijciētes a se riuos amaritudinis lachrymarū/
et cor meum foras emittat dolorosa suspiria peniten
tie/ os meum non cesset mouere sua labia circa lau=
des tuas proferēdas: vt finaliter totum corpus meū
sit diuisum per sua membra/ et eorum quodq3 per se
plangat peccata preterita/ in que ruit. ¶ Deus largi
tor venie quoties ego peccaui contra te: toties imo
pluries teneor ex debito tibi confiteri/ et te gloriosū
benedicere et magnificare. ¶ Quocirca misericors
deus te humiliter precor vt des michi spaciū longi
temporis/ ad faciendā veram satisfactionem de om
nibus peccatis meis. ¶ Dñe deus nō imputes mi=
chi si ego sum tibi importunus. et inquieto te diuer
sitate mearū precū ꝓpter hoc ꝙ scio te eē piū ⁊ mise=
ricordem/ ⁊ ꝙ nō fastidis audire clamantes ad te. ob
hoc ego presumo tibi ita frequenter preces fundere.
¶ Domine deus vnica spes fideliū. tu scis ꝙ amato
res tui multa diligunt propter te. et multa omittunt

diligere ꝓpter te/q̄ alias diligerent nisi tu ea odio haberes:et scis similiter ꝙ illi qui te non diligūt multa postponūt ad diligendū:q̄ deberent diligere ꝓpter te. ¶Quare quot sint illa q̄ ego debui dilexisse ꝓpter te eo ꝙ diligo te/tibi constat vt vero cognitori: ꝛ que et quot sunt illa q̄ ego omisi diligere eo ꝙ nō diligebam te/similiter. vnde tuam clementiam humiliter deprecor vt prestes michi gratiam ꝙ de cetero oīa q̄ ꝓpter te debeam diligere/diligā. et abominer q̄cūqꝫ ꝓpter te abominari debeo. ¶Gloria/ laus/ ꝛ honor sit tue sanctissime scientie que omnia nouit in numero/et q̄ntitate. et reddo tibi gratias quotquot possū. quia tuo auxilio mediante compleui istam distinctionem ad laudē et gloriā tue scientie diuine.

Incipit octaua distinctio in qua tractatur de veritate diuina/qualiter deꝰ est verus.

DEus q̄ per sanctā passionem filij tui humanū genus a potestate diabolica redemisti. tu qui es cōpleta veritas/dignare ꝑstare gratiā michi seruo tuo: vt solū aperiā os meū in veritate dicenda. ¶Et tūc letus/voce iocunda aperiā labia mea corā cūctis gentibꝰ. ꝛ psallendo ꝓferam canticū veritatis/ita dicens. Gloria laus ꝛ honor tibi sit dn̄e deus qui es vnus in vnitate eē̄ntie et trinus in ꝑsonis. qui assumpsisti carnē humanā i vtero beate virginis gloriose/et fuisti crucifixus et mortuus/et tertia die a mortuis resurrexisti/ ꝛ ascendisti in celos verus deus et verus homo/et in die iudicij venturus es iudicare tā reprobos q̄ꝫ electos. ¶Tributor omniū bonorū deus. tu solus es ille/a quo noscit/ꝓcedit/ꝛ pullulat veritas nobis oībus. quia tu es fons emanans veritatis. nec mirum/nam ipsa veritas es:et ideo nulla falsitas potest in te cadere nec a te ꝓcedere. ¶Dn̄e deus sicut oīs virtus debet tibi merito attribui eo ꝙ tu es sola veritas/sic debet michi attribui oīs vilitas et oīs defectus bonitatis. ꝓpter hoc ꝙ ego sum totus fultus vndiqꝫ falsitate. nā ego sum ille qui semper fugi veritatem ꝛ adhesi corde et animo falsitati. quod hinc michi euenit: quia vbi debebam querere ipsam veritatem non querebam. potius autē vbi inueniri nō poterat: confidēs in ijs que semꝑ pariūt mendacia et vanitates. ¶Cōfiteamur oēs tibi dn̄o deo nr̄o q̄ es sola spes nr̄e salutis:adeo enim vere es ipa veritas ꝙ nullo modo a vero deueniat vel recedit:nec alterat̄ in nō verum. nam tu es ille qui ab eterno fuisti verus et eris ꝑ infinita secula. ¶Propriū est domine deus tue veritati habere firmitatē sine aliqua alteratione et hoc est quia inter tuam veritatem et inter illud qđ est cōtrariū veritati/nulla est cōuenientia qua adinuicē possint coniugi quare tua sctissima eē̄ntia nō potest esse vno simul tp̄e in veritate ꝛ in alio:vt mendatio sed semꝑ cōtinue in ipa veritate. ¶Unde sicut tue veritati debet attribui et comparari excellētia totius veritatis et totius boni/ꝓpter quidē sui firmitatem et cōstantiā:sic ego miser et vilis cōditionis debeo attribuere ꝛ cōparare veritati que est in me/omnē incōstantiā et alterationē. quia dū existo in veritate contemplans quādoqꝫ in tua bonitate. accidit michi ꝙ scintilla modice falsitatis me a vitate prepedit. ꝛ tūc ego cogito circa plura cōtraria veritati:quia paulatim ingredior ad ꝑmeditandū falsitates. ¶Mirabilis deus in donis tuis ob id tua veritas excellētior ꝛ cūctis alijs maior est. ꝙ tua veritas ab eterno est in actu et nō in potentia/nostra vero interdū est in actu et qn̄qꝫ in potētia. vnde q̄a tua veritas semꝑ est actu in te:ideo nūq̄ꝫ potest te ꝑuari/nec tibi abesse. ¶Ual de excellentis/imo excellētissime dignitatis et nobilitatis dn̄e deꝰ est tua veritas. quia ab eterno fuit/et nūq̄ꝫ precessit eā priuatio aut nō eē:qđ minime est ita i alijs/cū oēs venerint in eē/de nō eē. ¶Eterne deus quia veritas q̄ est in nobis/venit de priuatiōe nō essendi in esse. ob hoc veritas que est i nobis ꝛ falsitas cōiūgunt̄ simul in nostro eē. et ita sumus quandoqꝫ veraces/aliquādo autē falsi atqꝫ mendaces:et ista alteratio inest nobis quia ab eterno nos nō fuimꝰ veraces solū aut mendaces. ¶Juste iudex dn̄e deꝰ q̄ꝫuis tuū eē sit nobis in hoc mūdo inuisibile et hoc ratione quinqꝫ sensuū corporaliū quibus nō potest patere. quia non possunt attingere ad ꝑceptōnē intelligendi ipm ꝓpter hoc nō sequit̄ ꝙ tuū eē sit in aliqua falsitate:quia licet quinqꝫ sensus corporales nō possint attingere ad ꝑcipiendum veritatem tui eē attamen supplent eorū defectus quinqꝫ sensus spūales q̄bus veritatem ꝑcipimus. ¶Nam nos ꝑcipimus et intelligimus ꝑ quinqꝫ sensus spūales/ꝙ nos sumus terminati et sunt intra tuā eternitatem et intra tuam infinitatem. ¶Quare licet nostri quinqꝫ sensus corporales non sufficiant ad intelligendum aut ꝑcipiēdum tuū dominiū esse:nō obstat ꝓpter hoc quin tuū eē sit melius in veritate in eē (vt sic loquar) q̄ꝫ nostrū. quia id ꝑcipimus (vt ꝑdiximus) ꝑ q̄uqꝫ sensus spirituales. ¶Creator deus omniū tam visibiliū q̄ꝫ inuisibiliū: valde sunt digni reprehensione incredulitatis illi qui dubitant de tua veritate. q̄a licet ipi dubitent de tua essentia diuina in multis/et nō mirū. q̄a nichil possūt ꝑcipe neqꝫ itelligere de ipa ꝑ eoꝝ q̄nqꝫ sensus corporales: ꝓpter hoc nō debēt habere tantā ignorantiā vt ipi non debeant intra se existimare/ꝙ eorum quinqꝫ sensus corporales non possunt ꝑcipere nisi corporalia. quare nichil de spūalibus possunt ꝑcipere. Et dico ꝙ illa q̄ sciũtur vel ꝑcipiūtur ꝑ q̄nqꝫ sensus corporales:non sunt difficilia ad ꝑcipiendum/quia non sunt magne subtilitatis scientie. nam illa que sciuntur cum predictoꝝ quīqꝫ sensuū adiu=

torio semꝑ sunt res corporales finite/terminate ꝛ cō
posite. ¶Sed tu dñe deus q̇ ordinasti ꝙ intelligere
mus ꝛ ꝑciperemꝰ tuā diuinā essentiā ꝑ quinq̃ sensus
spirituales aīe:fecisti nobis maiorē gratiā / ī hoc q̃
si intelligeremꝰ ipsam ꝑ quinq̃ sensus corporales.q̇a
sensus spūtuales ostēdūt nobis tuā veritatē et tuā
bonitatē esse ꝑfectā in te/ꝛ ceteras tuas virtutes. et
aliquomodo nō potuissemꝰ ꝑ corporales quinq̃ de
tua veritate et de ceteris tuis virtutibus intellexisse
aut percepisse. ¶Creator mūdi deus/benedicta sit
tua veritas.quia vere dñium qđ tu habes suꝑ nos/
est verius dñium qđ possit esse. quia tu vere es dñs
omniū dñantiū.quapropter tu es verius dñs q̃ q̇-
cunq̃ habens sub se dñium ¶Valde est ergo lauda
bilis et gloriosa tua veritas/q̇ nunq̃ habet cōtrariū.
sed veritas que est in regibus ꝛ magnatibꝰ/ꝛ in ha-
bentibus vanā gloriā ꝛ superbiā:mutatur de facili
in mendaciū.et hoc ꝓpter eorū miseriā ꝛ vilitatem:
et quia sunt inopes virtutū ꝛ pleni viciis. ¶Mise
ricors deus tanta fuit mea fatuitas hucusq̃: ꝙ mul
to amplius sine cōparatione cogitaui ꝛ cōfusus fui
in veritate regū et ceterorū hominū mūdanorum/ꝛ
pluries exaltaui eorū veritatem q̃ tuā.quare ꝓpter
hoc fui hactenus ita contrarius omni veritati ꝛ ple
nus omni falsitate. ¶Dñe deus q̇ es ipsius verita-
tis via/principiū/ꝛ origo /tante virtutis est tua be-
nedicta veritas ꝙ nunq̃ mētita fuit confidentibus
vel sperantibus in eadem. ¶Sed veh michi misero
qui totiēs sub spe ꝛ fiducia veritatis quā fingebā in
me esse decepi q̃plures tam amicos q̃ inimicos q̇
bus dabam intelligere multa que erant dissona mē
ti mee/ꝛ nō premeditabar virtutē vel nobilitatē que
consistit in ipsa veritate. ¶Tue veritati dñe deꝰ co
gnoscatur verissime omnis benedictio/oīs gloria/
et omnis bonitas ꝛ michi peccatori oīs fragilitas/
falsitas/ꝛ mendaciū.quia tu cū omni veritate iudi-
cas equitatē:ꝛ ego a tempore natiuitatis mee hacte
nus sum deditus omni falsitati ꝛ mēdacio. ¶Iuste
iudex iesu christe tu q̇ vere oīa ī die iudicii iudicabis
quid faciet peccator qui auditurus est tuā verā sen
tentiam/quē plenū inuenies omni falsitate ꝛ mēda
cio ꝛ omni vacuū veritate? ¶Quare dñe deꝰ te hu-
militer deprecor vt per tuā pietatē adimpleas me ex-
terius ꝛ interius veritate:mundās me prius falsita
tibus/et mendaciis q̇ nūc in me sunt / prebēs michi
speciale munꝰ gratie ita ꝙ nunq̃ ꝑmittas me redire
ad priorē statū meū / sicut canis q̇ redit ad vomitū.
¶Et tūc ego voce incessabili clamabo coram vni-
uersis gentibus/necessario oportet me sequi exteriꝰ
et interius veritatē et fugere falsitates/ ꝛ mendacia
si cupio ad veram requiē(que est sine fine)veri iudi-
cis peruenire:cuius nullus mēdax particeps potest
esse. ¶Dñe deus per cuius passionē hūanū genus
est a potestate diaboli liberatū/tanto tēpore steti/et
perseueraui in falsitatibus et mendaciis ꝙ oīa ossa
mea sunt pro nimia diuturnitate falsitatum īfirma
et omnia mēbra mea debilitata et oēs quinq̃ sensus
aīe mee perturbati. ¶Vnde cū ego dñe deꝰ sum de
tentus tā graui īfirmitate ꝛ tā grauibus doloribus
te suppliciter oro per tuam clementiam vt digneris
omnes infirmitates meas/lāguores/ꝛ oīa mea vul
nera curare vero medicamine/et sanare. ¶Et pla-
ceat tibi per tuā misericordiā/ꝙ post tuā verā mede
lam aīe et corporis:semꝑ siue vigilē siue dormiā sit
in me veritas ita ꝙ non possim ad eiꝰ cōtrarium de
clinare.ꝛ sic semꝑ ero in te cū ipsa veritas sis tu deꝰ.

¶Qualiter opus diuinū cōsistit in veritate

Deus qui iustos ꝛ iniustos secūdū ve
ritatē suoꝝ iudicas meritorū. benedi
cta sit tu sancta veritas/ꝛ illā metuāt
oēs fines terre/q̇a eo ꝙ creasti q̇cūq̃
sunt vera intētiōe/ ꝓpterea oportet
vt quecūq̃ creata sunt/sint creata et
facta secūdū veritatē.ꝛ ꝙ sint ad honorē ꝛ laudē tue
sanctissime veritatis. ¶Dñe deꝰ quia tu creasti crea
turas ad laudē ꝛ honorē tui/ ꝓpter hoc ꝓbatꝰ mani
feste ꝙ scđm veritatē creasti q̇cq̇d est in esse/ꝛ quicq̇d
facis consistit in veritate/ꝛ facis vera intētione: nā
valde rationabile est ꝙ q̇cq̇d creaueris ad hoc vt tu
cognoscaris esse bonus ꝛ ꝑfectꝰ in oībus virtutibꝰ
et nullus defectꝰ virtutis sit in te. ¶Verissime deꝰ
omnia opera tua sunt vera sed nō est ita de nostris.
nam q̇a facimꝰ sepe ea q̇ facimus/nō vera intētione
ob hoc falsificantꝰ ꝛ corrūpuntꝰ opera nostra ꝛ segre-
gantur a veritate. ¶Perfectissime deꝰ in cunctis
virtutibus q̇cq̇d facis secūdū cursum veritatis qui
nequit cogi ab aliquo aut trahi extra suam virtutē/
quia tāta est in te veritas ꝛ in oībus operibꝰ tuis ꝙ
nichil potest tua opera deuiare a veritate.vnde bene
dicta sit natura siue ꝓprietas tue veritatis. quia nō
est similis cursui nature nostre quā tu cogis ꝛ cōstri
gis q̇n cunq̃ ꝓcedit de tua libera voluntate. ¶Dñe
deus adeo vera est tua veritas in omnibus operibus
tuis/ꝙ nō est aliq̇s lapis preciosus quātūcunq̃ purꝰ
sit in sua natura/q̇ ita pure possit esse purus sicut est
vera tua veritas in se/ꝛ in omnibus operibus suis.
¶Honor ꝛ reuerentia sit tue benedicte veritati que
ita excellentis nobilitatis est/ꝙ nunq̃ separatꝰ a ve
ro nec alteratur aut ꝑmutatur in suū contrariū/ꝛ re
cognoscamus nostrā veritatē esse valde fragilem /al
terabilē/et ꝑmutabilē.nā de facili alteratur ꝛ permu
tatur ad falsitatē ꝛ mendacium. ¶Deus qui a prin
cipio mundi omnia futura preuidisti/tibi gloria/et
virtus:quia adeo sunt oīa opera tua vera in cūctis
tuis actibus vt nichil sit in esse qđ ea possit deuiare
a via veritatis.imo dñe tua v̄itas est causa qua ques

cunctaq̄ q̄ sunt in veritate sint vera. ¶ Dn̄e deꝰ postq̄
propter solā veritatē oēs saluādi habēt saluari/ pla
ceat tibi per tuā clemētiā dirigere me seruū tuū in so
la veritate facienda ⁊ dicēda. ¶ Saluator mūdi deꝰ
postq̄ tu das michi gratiā ꝓferendi vera verba in
hoc opere ad laudē et honorē tue diuine essentie. te
digniorem creaturam respectu inferiorū: patet. quia
ipse domiatur ceteris animalibus/z omnia subsunt
suo seruitio et scit ppter suam rationē amplecti am
plectenda/et fugere fugienda. ¶ Si quis subtiliter
velit premeditari naturam animaliū irrationabiliū:
ipse videbit q mirabiliter natura eorū ordinata est
a te deo. qa tu ordinasti q ipsa habeāt plurimos pi-
los/et corium quibus induantur/et a quibus ab om
ni nociuo eorum corporibus defendantur. et vt talia
natura ministret eis: quia aliter secūdum rationem
nescirent habere ea que eis essent necessaria. Unde
naturaliter immediate quando nata sunt natura mi
nistrat eis matrū vbera sugere / vel grana seminum
comedere. et sic de alijs que natura ministrat eis. sed
animal rationale propter suā rationem percipit z scit
quid facturū sit. ¶ Creator omniū deus: tu creasti
masculum et feminam in speciebus animalium: vt
generent alia animalia sibi in sua specie similia. z tu
facis differre vnam speciem animalis ab alia in pro
prietatibus / in formis / in coloribus / et in multis
alijs. ¶ Sed tamen dico q quedam species anima
lis sunt: que non generantur ex masculo et femina.
imo producuntur in esse sine masculi et femine ge-
neratione. vt est fenix/et quedam alia animalia: que
generantur ex corruptione. ¶ Non solum domine
deus: tu ministras naturaliter animalibus sua neces
saria/ex quibus in hac vita valeant sustentari. imo
etiam tu approprias eis loca diuersa vnicuiqz secū
dum suam speciem vbi stant. quia alia stant et habi-
tant in montibus. alia in planiciebus. alia in locis
altis. alia in heremis. alia in locis calidis. alia in fri
gidis. z nōnulla in locis equaliter tēperatis. ¶ Rex
īmortalis deus: tu appropriasti animali rationali vir
tutem rationis: qua scit percipere ad operandum ea
que sunt secundū virtutem vt propter virtutes vale-
at effici particeps celestis glorie paradysi. appropria
sti insuper homini rationē: vt per eam sciat cunctis
animalibus dominari. ¶ Tibi domine īmortalis
omnis virtus a bomnib⁹ prebeatur. quia tu cuilibet
speciei animaliū irrationabiliū/appropriasti suā na-
turam. quoniam bouinam speciem creasti: vt sit ap-
ta inter cetera animalia ad arandū. et equinam spe-
ciem ad equitandū. z asininam ad onera deferenda/
et ouinā vt eius vescamur carnibus/et vt eius velle
ribus nostra caro a frigore defendatur / et eo modo
de ceteris speciebus. ¶ Diuersis modis facis do-
mine deus: alia animaliū ab alijs differre. nam que-
dam sunt siluatica/alia domestica/et aliqua ferocia/
et quasi cuncta deuorantia / alia vero mitia et man-
sueta. et alia eorū sunt alijs magis necessaria homī
in hoc mundo. ¶ O verissime deus / qui errantes
ad viam dirigis veritatis: tua laus ab omnibus exal
tetur. quia tu creasti volucres in tam mirabili dispo
sitione: q volant per aerem hinc et inde/ superius et
inferius ad sui exigentiam apperitus. quare ego hu-
milis seruus tuus suppliciter te oro: vt per tuam be-
nignissimā pietatem conferas michi gratiā tot me-
rita in hoc seculo acquirēdi: vt de istis locis infimis
ad tuam beatitudinem valeā conuolare. ¶ Pater
omnipotens et eterne: licet vultur sit quasi inter ali-
as aues maior/nichilominus est inutilior et vilior in
ter ipsas. et sic ego ne vulturi sim similis/timeo vehe
menter. quia licet homo sine comparatione aliqua/
inter cetera animalia nobilius et melius esse habe-
at (ceu manifestum omnibus est) tamē pollutus per
peccata deterioris cōditionis ceteris animalib⁹ po-
test esse. ¶ Misericors domīe/qui vitam vis homis
et non mortem: cū tu michi nobilius et melius esse
dederis: q̄ alicui irratiōali animali. et ob hoc tibi im
perpetuū gratiarū tenear reddere actionem. clemen
tissime tuam misericordiā precor vt possum: q ipsa
non permittat me in deteriorem conditionem pro-
pter mea vicia labi/ceteris irrationalib⁹ creaturis.
¶ Deus in cuius spe / sperātes fiducialiter salui fi-
unt. cum quēqz operatiū/sua opera manifestant: quē
bona laudabilem reddunt / et mala culpabilē et de-
fectiuū: cumqz videamus q omnia animalia nobis
manifeste tuam insinuāt bonitatem. et eorum pro-
prietates te ostendant: non in aliquo defectiuū/ sed
virtuosum in omnibus potentem atqz perfectum. a
quo ergo vtenti ratione debet tua bonitas igno-
rari? ¶ Uerax domine in omnibus dictis tuis.
sicut aque de montibus emanantes/ per planicies
extenduntur: sic tua bonitas in omnibus animalib⁹

se extendit. et in omnibus potest percipi euidenter. ¶ Cum te domine debeant laudare humana labia vniuersa tam diei / q̄ noctis continue cunctis horis qualiter potest fieri q̄ homines ad hoc vix per vnam horam possunt induci. ¶ O amabilis domine / virtutū omniū fons inundās. quando aliquis est feruēter in amore sui domini calefactus / et aliquos nuncios suos videt: de eo℞ congratulatur q̄plurimū visione. ¶ Quare si ego ꝓpter peccata mea vilissima creatura te calefactione cordis / diligerem deū meū: quando video bruta animalia / que michi referāt tue celsitudinē bonitatis. glorificarem et laudarem tuū nomē gloriosissimū in excelsis. eo q̄ tua bonitas michi in ipsis animalibus demōstratur. Sed proch dolor quia hodie homines in amore inflāmantur, sine comparatōne citius mulierū (ꝓpter quarū amorem in inferni puteū submerguntur) q̄ in amorē tui dn̄e qui debes pre omnibus diligi a quocū℞. ꝓpter quē amorem acquiritur regnū tuū. ¶ Deus cuius nequit infinitatē / humanus comprehendere intellectus. si bruta animalia / bestie quodāmodo vulgariter sunt vocate / ex eo quia ratio deest eis: nō debet quis℞ admirari / quia bene congruit nomen rei. sed cum ego ex accidēti sim effectus quasi penitus bestialis / ex eo quia abutor ratione: de me est q̄plurimū admirādū cum naturā humanam habeam / et ꝑ lapsum inobedientie bestia sim factus. ¶ Quicū℞ igitur dat laudes / vel gloriam alicui rei corruptibili in hac vita / et tui sui dn̄i et creatoris laudes et gloriam derelinquit: merito debet bestia nūcupari. ¶ Unde ve michi misero: qui plus glorificaui et exaltaui in hoc seculo creaturas / q̄ te dominū creatorē. quare michi non immerito potest dici: bestia factus homo. quare cū in tam vilem conditōnem mutauerim statum meū: humiliter te oro / q̄ des michi tantam gratiam vt deinceps vtar (dum hic vixero) ratione / vt ad tuam gloriam merear peruenire. ¶ Fons misericordie / qui nunq̄ deficis seruis tuis. nisi tua ordinatio preuidisset ordinate omnia ab eterno: videretur consonū esse rationi: vt rationalia essent irrationalibus subiugata. eo q̄ ratione quā eis appropriasti indebite abutuntur. et brutalem eligunt sibi vitam. sed irrationalia animalia suam naturā minime derelinquūt / ne℞ labuntur in tui inobedientiam creatoris. ¶ Domine deus: homines qui tuorum mandatorū sunt in hoc seculo transgressores / semꝑ vetitis innitentes: sunt brutis animalibus viliores. quia licet te bruta animalia nō cognoscant / ne℞ tua bonitas pate fieri possit eis: ad nutus legi eis imposite non resistunt / ne℞ in inobedientiam incidunt tui deus. ¶ O superne speculum claritatis. postq̄ abusus rationis facit humanā speciem esse creaturis ceteris viliorē: oportet q̄ in hoc mūdo / omni irrationabilitate postposita: vtatur rationabilibus. que reddunt animam studiosam: si cupit acquirere celestis beatitudinis gloriam tui deus.

¶ Qualiter deus creauit angelos.

DEus eterne orbis conditor / fragiliū fortitudo / quando esse creaturis in principio tribuisti: substantias incorporeas et inuisibiles tibi creare placuit que essent ꝑpetuo immortales. ¶ Iste substantie incorporee spirituales / et īmortales sunt tui angeli: quos de nichilo abs℞ temporis duratione creasti. ita q̄ vnus citius q̄ alius fuit minime ꝓcreatus. ¶ Omnis honor et gloria domine deus asseratur tuo nomini glorioso. ex eo quia fuit voluntas tua beneplacita / creare angelos: qui sunt in omnibus virtuosi / ac vicio quouis carēt / et qui sunt etiam tante subtilitatis substantie / q̄ nullum occupant locū nec corporalia eis impedimentū aliquod facere possunt. ¶ Ueneranda maiestas diuina / tua sit mirabilis creatio benedicta. nā tu creasti angelos in forma essentiali et inseparabili / et formā ꝓpriā cuilibet contulisti: ita q̄ forma vnius non est forma alterius nec essentia. imo quilibet angelus est indiuiduū per se. quia sanctus Michael non est sanctus Raphael et econuerso. ¶ In hoc q̄ nos ꝑcipimus et intelligimus habentem formā inuisibilem quēlibet angelorum: intelligimus q̄ oportet in quidditate inuisibili cuiuslibet esse formā. quia nulla forma terminata sine quidditate nullatenus esse potest. quia alias in re habente formā huiusmodi cadere indiuiduitas non valeret. vnde cum angeli sint quedam indiuidua: oportet necessario q̄ forma cor℞ angelica quidditatem habeat in qua sit. ¶ Unde q̄a nos intelligimus q̄ oportet in quidditate angelicā formā esse / et percipimus intellectualiter / q̄ ad hoc vt aliquid sit angelica creatura: tria necessaria sunt eidē / forma scilicet et q̄dditas in q̄ ꝑmaneat illa forma / et cōuenientia siue coniunctio que fit inter formam et quidditatem in quo forma persistit que cōuenientia est quedam proprietas que est inter formā et suam quidditatem scilicet q̄ forma sit in quidditate et vt quidditas habeat formam. ¶ Immortalis deus vniuerse tibi obediant creature. qui creasti omnes angelos / et dedisti vnicui℞ tres proprietates. ita q̄ ille tres non sunt in quolibet nisi sola vna substantia simplex angelica / que est sine materiali compositione. ¶ Tu domine deus nosti illas tres proprietates que sunt sola vna substantia angelica. nā tu nosti q̄ in ipa est forma / quidditas / et cōueniētia / siue cōiunctio / que fit inter formā et quidditatē: q̄ tria ꝓpter sui subtilitatē / humana fragilitas neq̄t ꝑcipere.

¶ Gloriosissime deus / a cuius memoria nichil labitur: tu reuelas ⁊ indicas in celesti patria seruis tuis illa tria: que faciunt vnum esse angelicum. que non possunt ab hominibus perpendi in hac vita misera temporali. ¶ Excellentia creationis mirabilis tua deus: est valde virtuosa et potens: quia tu creasti angelos inter duos terminos. scilicet inter terminū gratie et inter terminū defectus gratie / qui quidem defectus est priuatio gratie: et ratione istoꝝ duoꝝ terminorū / placuit tibi ꝙ angeli haberent liberū arbitriū in sua creatione. vnde ꝓpter terminū gratie habebant ipsi occasionē boni: eo ꝙ terminus gratie erat in eis illud esse qđ tu dedisti eis a principio. et ꝓpter terminū defectus gratie habebant infirmitatē labendi ad malū: eo ꝙ ille terminus erat eis illa natura / que rediget et in non esse: nisi ꝑ tuam gratiā sustineretur in esse. ¶ Clementissime dn̄e tu beasti illos angelos tua gratia et gloria: qui elegerunt incedere per terminū gratie / ⁊ euitarūt totaliter terminū defectus gratie. et cōfirmasti eos vt semꝑ ambularēt per rectū terminū gratie. et ordinasti ꝙ illi essent peruersi angeli et maligni (scilicet demones) qui dimisso termino gratie deflexerunt lora sua versus terminū defectus gratie / qui habet respectū ad nō esse. ⁊ aliter ad eē: ꝑ quē boni ambulauerūt. ¶ Maximū donū gratie assecuti fuerūt illi angeli qui quasi īmediate post eorū creationē inceperunt te laudare / glorificare / et diligere / ⁊ statim cognouerūt te esse eorū dominū et creatorem. sed in malignis angelis et peruersis qui postea ꝑ peccatū fuerūt effecti demones / fuit maximus defectus gratie. quia quasi īmediate postq̄ tu creasti eos / fuerunt proni ad malū / ⁊ inceperūt plus seipsos diligere q̄ te deus. nam ipsi voluerunt in honore et reuerentia tue esse similes dignitati.

¶ Vere remunerator deus. quādo tu creasti angelos et tribuisti eis liberū arbitriū te laudandi et glorificandi / tanq̄ suū creatorem et dominū: illos q̄ tales fuerūt informasti gratia / ⁊ cōfirmasti gloria / que est adeptio totius bonitatis: et remotio totius praue cogitationis. ¶ Similiter quādo tu tribuisti liberam voluntatē peruersis spiritibus (scilicet demonibus) operādi bene vel inique: obstinati fuerūt in illo statu quē ipsi sibiipsis assumpserūt: qui sint eis via ꝑuerse conuersationis. vnde ꝓpter obstinatōnē dictā tu ab eis totaliter tuā gratificantē gratiā amouisti.

¶ Et in hoc patet celestis ꝙ tu confirmasti angelos bonos in statu gratie: sentiūt ipsi ꝓprietatē que cadit in eis ratione doni tue gratie. et hanc ꝓprietatē ipsi sentiūt in se ita efficaciter / ꝙ ea ꝓprietas destruit et mortificat ꝓprietatē quā angeli haberent in se si sequerentur naturam defectus qui ꝓcedit de non esse.

¶ Eterne et imortalis deus. ꝓpter rectā viam bonorum operū quā boni angeli secuti fuerunt: tu remunerasti eos / ita ꝙ appropriasti eis habitationis locū in paradiso vbi perciperēt tuā gloriā sine fine. ¶ Et cōtra de demonibus. nam ꝓpter elationē quam demones habuerunt in se / tu expulisti eos de paradiso: ipsos precipitans in infernū profundū / vbi penas ꝑpetuas perpetim sustinebūt. ¶ Euacuatis sedib⁹ presentia demonū: tu sanctissime pater ꝓmisisti eas ꝑ tuā gratiā fidelibus sanctis tuis ꝓpter sua merita et opera qui tuis semitis adhererent. quia sicut demones amiserunt bona celestis patrie ꝓpter excessum sui sceleris: sic oportet ꝙ homines acquirant illa ꝑ tuam gratiam / bonis operibus in hoc mundo.

¶ Juste iudex dn̄e deus. demones anteq̄ essent obstinati in suo esse diabolico / non peccauerūt nisi semel tm̄ / et ꝓpter illud fuerūt obstinati in illo statu in quo nūc sunt: sed cum ego vilissimus peccator totiēs ceciderim in tam varia et diuersa crimina / et ea cōmiserim contra te dominū deū meum: iustū est ⁊ valde consonū rationi ꝙ grauiter puniar. Jtē diabolus non peccauit nisi in vna substantia spirituali: sed ego peccaui in corporali substantia et spirituali. quia frequenter peccaui in corpore et anima. ¶ Omnia pudens vere de⁹. qualiter ego plenus criminibus ⁊ imbutus sordibus huius mūdi / potero collocari in illis sedibus / a quibus expulsi fuerūt demones ꝑ peccatū: et qualiter ego ascendere potero sursum in celestem patriam per maliciā: quia demones descenderunt inde per superbiam. ¶ Vere oportet me / ⁊ quēcūq̄ aliū cupientem ad illam ascendere prius penitus criminibus ⁊ omni labe mūdari. quia nichil malum vel sordidū poterit illic esse. ¶ Benedicamus tibi domine nūc et semꝑ. quia ꝓpter benignitatem quā tu appropriasti bonis angelis / et propter dona tue gratie quā eis quottidie elargiris: ipsi sunt administratores nostri in cūctis bonis nostris opib⁹. ⁊ adiuuant nos quādo tribulationes et angustie nos coartant. ¶ Maxima fuit ergo hec gratia quā fecisti nobis: quando angelos fecisti ministros nostros ⁊ coadiutores nostros. nam ipsi protegunt nos a diuersis tentationibus: quas nobis suggerunt demones falso modo. ¶ Tantam industriam et tātam sagacitatem habent demones / et ita sunt dediti et voluntarii ad suggerendum nobis prauas monitiōes vt nisi essent angeli nos iuuantes / absq̄ suis defensionibus / suis falsis suggestionibus resistere nō possemus. ¶ Benedicta sit omnipotens deus tua sancta essentia. quia non creasti me tunc / quando malignos spiritus procreasti. si enim tunc creasses me et fecisses me esse angelicum sicut eos: videtur michi ꝙ ego propter culpam meam fuissem vnus de peioribus / qui fuissent tunc temporis procreati. ¶ Quia hacten⁹ nō ꝑfecerūt michi auxilia angelica / vel scripture ꝓphetice / aut admonitiōes religiosoꝝ: vt ego facerē faciēda ⁊ fugerē fugiēda: imo licet āgeli semꝑ me adiuuerit hucusq̄ / ⁊ iusti hoies michi ꝑdicauerit

viam sanctam per quam debuissem sine deuiatione aliqua precessisse: non ꝓpter hoc destiti quin ego sim operatus pversius/q̄ȝ aliquis notus meus. ¶ Unde domine deus pie et misericors / quia tu creasti me in esse humano/et in hoc tēpore tibi gratias ago quas mea fragilis humanitas tibi potest agere creatori. nam quēadmodū predixi: si ego tunc creat⁹ fuissem vnus (vt michi videt) fuissem de peruersioribus tunc creatis. quare licet nunc sim valde peccator et vndiq̄ȝ plenus viciis: spero in tua misericordia / q ꝑ penitentiā ad felicitatē glorie valeā releuari. ¶ Pater ingenite deus: maximā causam ꝛ occasionē dedisti hominib⁹ tibi seruiēdi/ꝛ te imꝑpetuū laudandi ꝛ glorificādi. quia si bene velim⁹ cōsiderare: eque sunt creature dei demones/sicut et nos homines. vnde similiter etsi demones peccauerunt: ita similiter ꝛ homines: sed tu propter tuā benignitatem noluisti ita imputare peccatū hominib⁹: sicut et demonib⁹. imo placuit tibi recreare humanā naturā/ꝑ tue carnis assumptionē: quā assumpsisti ex vtero beate virginis gloriose. ¶ Nichil nisi rationabile dñe deus: est a te vnq̄ȝ actū. quia ob hoc q humana species est de fragili natura et misera/et de facili potest decipi/ et est valde ꝓna ad malū: idcirco pietas ꝛ misericordia dederunt tibi rationē ꝛ causam ipi⁹ misereri. et ob hoc tu assumpsisti carnē humanā de beata virgine vt restaurares humanā naturā que ꝓpter sui fragilitatē ceciderat in peccatum. ¶ Gratias tibi deo creatori: modo ago quātas possum. quia tu dignatus es michi infundere tuam gratiā vt dono tue gratie ꝑfecerim istam distinctionem: et spero fiducialiter in te/ q ceteras residuas ꝑficiam ad laudē et gloriā tui de⁹.

¶ Incipit vndecima distinctio in qua tractatur de ordinatione diuina ¶ Qualiter de⁹ ordinauit istud seculum.

Deus qui totum mundū dispositione laudabili ordinasti: benedicta sit tua sanctissima vnitas cōsistens in trinitate. quia tu ordinasti firmamentum mirabili ordinatione/ eo q ordinate mouetur et ordinatione aptissima ordinasti cursus supcelestes eo q habēt actū supra corpora elemētata. ¶ Tu etiā dñe ordinasti q̄ttuor elementa in sua simplicitate/et in sua compositione. et in ordinatissima ordinatione tꝑoꝝ/cognoscit et ꝑcipitur tua ingens potestas / et maxima sapientia. ¶ Item domine tu ordinasti/q tempus sit in esse: ꝛ diuisisti annū in quattuor tēpora: scilicet in ver/estatem/hyemē/et autūnum. vnde ista diuisio temporis fit propter hoc. q̄a elementa habēt maiorē vim ꝛ potestatē exercendi actus suos in vno tēpore q̄ȝ in alio. nam ꝓpter contrarietatem elementoꝝ et tēpoꝝ/ deuenit in eē ea que in diuersis tēporibus anni contingunt. ¶ Celestis pater deus/gloria et laus attribuatur tue benedicte ordinationi. quia tu ordinasti q super faciem terre sint vegetabilia: que ornasti foliis/ floribus/ramis/et fructibus. sunt enim ornamenta terre. et sunt pastus et victus animaliū: quibus ipsa sustentātur in esse. ¶ Valde succurristi dñe deus humane necessitati: cū placuit tibi creare metalla. nam propter coꝝ creationem / ordinasti qualiter humanū genus posset viuere in hoc mundo. quia sine metallis impossibile esset nobis in hoc seculo ducere vitam. ¶ Si quis velit considerare mirabilē ordinationē animaliū: maximas laudes debet tibi merito impendere. quia tu diuisisti animalia in diuersas species/in diuersas formas/ et in diuersas qualitates/ et ꝓprietates. nā tu ordinasti q alia animalia habitēt in aquis/et alia in terra/et alia pascant ab herbis/aliqua vero vescant et nutriātur carnibus alioꝝ: et sic de diuersis proprietatibus ceteroꝝ: que sunt in diuersis animalibus. ¶ Conetur vnusquisq̄ȝ toto suo posse/tibi creatori benignissimo dare laudes. quia tu creasti omnes creaturas in tāta ordinatione q omnes sunt ordinate ad seruiendū hūano generi. ¶ Plurimū enī domine veneratus es hominē in hoc q tu ordinasti eū ad laudandū et glorificandū nomē tuū imperpetuū. et q dedisti ei noticiā et perceptionem tue maxime bonitatis: quā ipse percipit causa tue mirabilis ordinationis. ¶ In hoc q tu ordinasti domine deus vt omnes creature ordīētur ad seruitiū humanū/et homo sit deditus et pronus tuo seruitio. sequitur q quecūq̄ȝ sunt creata/creata sint ordinate finaliter ad laudem et seruitiū tui nominis gloriosi.

¶ Eternitas et infinitas attribuat omnipotēs deus tue laudabili bonitati: quia tu ordinasti homines in diuersis et variis dignitatibus et officiis. nam tu ordinasti et preelegisti clericos inter ceteros homines: vt honeste viuant et precepta tua obseruēt tanq̄ȝ homines q̄ soli tibi deo viuere affectēt/et vt ceteris hominibus sint ꝓpter sua bona opera in exemplū / speculum/et lucernam. et ordinasti reges et presides terre: vt in terra ab eis iusticia obseruetur. et sic de aliis dignitatibus et officiis/ad homines pertinentibus. ¶ Et quia longum esset enarrare/si vellem exprimere diuersa officia ad humanū genus pertinētia/qualiter sunt a te mirabiliter ordinata: idcirco quisq̄ȝ intelligat de omnibus officiis/que sunt inuenta ad ordinationem et ad bonū/tam ex parte rationalis anime q̄ȝ corporis. ¶ Item domine deus mirabilē ordinationē fecisti in matrimonio eo q precepisti matrimoniū fieri inter virum et mulierem: vt inde proles nascatur/ que tibi laudes rependat copiosas/ et vt omnes dignitates et officia obseruentur et teneantur in suo robore durature. ¶ Domine deus qui nichil imperfectum vel frustra in hoc mundo

creasti: vita hominū ⁊ mors ostēdūt tuam laudabilem ordinatiōem. q̄a ꝑpt vitā hominū ⁊ mortē / ipi ordināt̃ vt q̄ꝓplures sint participes tue glorie sempiterne: q̄ ibi exaltent ⁊ glorificēt nomē tuū / tibi laudes cōtinue decātantes. ¶ Item dn̄e deus / tu ordinasti aptissime: q̄ diuersa ⁊ varia accidētia insint homini in hoc mūdo. sicut est infirmitas ⁊ sanitas. diuitie et penuria: gaudiū ⁊ tristicia: stulticia ⁊ sapiētia: ⁊ sic de alijs: qđ ordinate factū est / vt sciāt mortales q̄ tu es potens eis dare et auferre / qđ de tua ꝓcedit libera volūtate. ¶ Pater misericors deus: quicq̄d tu ordinasti in hominibus / est recta ordinatio. q̄a q̄cūqȝ ordinant̃ in homīb⁹: sunt in eis / vt ipi possint acq̄rere meritū glorie. vel si inordināt: iustarū iudiciū penarū. ¶ Ab eterno cūcta ꝓuidēs vere de⁹. q̄n ego verissime cogito / q̄cūqȝ sunt et fiūt in hoc mūdo. ego īuenio q̄ oīa que sunt in hoc mūdo ordinātur respectiue ad aliud sec̄lm. vnde nisi eēt aliud sec̄lm qđ est venturū: iam nō eēt ista ordinatio q̄ nūc est in hoc mūdo. ¶ Nam si bene q̄s velit cōspicere / videbit hoc verū esse: q̄ tu deus ordinasti de vniuersis hominibus / vt deueniāt in eē in hūc mūdū. et vt in eo habeāt liberam volūtatē faciendi bonū vel malū / ad hoc vt existentes in eodē acq̄rant bonoꝝ meritū vel demeritū penarū. ¶ Ergo ordinatio que est in hoc sec̄lo nō inest sibi causa suipi⁹ / sed causa alterius (vt venturi sec̄li) et ꝓpter hoc dn̄e de⁹ tu vis / vt sic sit nūc hoc sec̄lm ordinatū. Quare omnino est verū q̄ ꝓpt talē ordinationē ꝓdictā: sequit̃ q̄ quādo q̄s migrat ab hoc sec̄lo īuenit in alio meritū vel demeritū qđ opa sua ī hoc seculo meruerūt. et ideo quicūqȝ ordinate viuit ī hoc mūdo: ordinate discedit ab eodem. ¶ Dn̄e de⁹ / q̄ iustis animabus eternā requiē ꝓparasti: bn̄dicta sit tua sc̄tā ordinatio / q̄ ordinauit vniuersos homīes in sūma ordinatiōe rerū / et hoc ꝓpter tuā maximā sapiētiā et benignitatē. sed homīes inordinati sunt ꝑ se declinātes ad malū potius q̄ȝ ad bonū. ¶ Quia vbi sunt clerici q̄ faciant hoc ad qđ ipi ordinant̃: q̄ȝ preſint alijs bonis opib⁹ et exemplis? et vbi sunt reges principes / et magnates: q̄ reddāt iusticie iura sua? ⁊ vbi sunt milites q̄ defendāt patriā queadmodū decet? et vbi sunt mercatores vendentes et emētes sua mercimonia v̄bis veris? vel q̄ sunt illi in quouis officio positi: q̄ eodem modo recto ac debito sciant viui? Certe (vt nō mentiar) fere oēs homines in suis operibus sunt corrupti: ⁊ oēs deuiauerūt a via recte ordinationis ⁊ etiā veritatis. ⁊ hanc corruptelam inordinationis sortiti sunt: eo q̄ nō reddūt suo ꝓximo que sunt sua. ¶ Benedictus sis dn̄e deus in donis tuis. quia omnia bona et virtutes q̄ sunt in hominib⁹ / insunt eis causa tue laudabilis ordinationis quā dedisti eis. et inordinatio q̄ est in eis / contingit illis accidētaliter a secūdo motu: q̄ ꝓcedit ab inordinata intentiōe. ¶ Unde ꝓpter hoc quia homines (in quocūqȝ officio sint cōstituti) alij conant̃ alijs verbis et factis dare vtilitatē alios alijs ꝓponentes / et tm̄ circa sua cōmoda anhelātes: ob hoc deuenit (vt ꝓdiximus) humana inordinatio in hunc mūdū. Et ipi penitus ꝑuerterūt tuam ordinationē. q̄a tu posuisti homīes in diuersis officijs et artibus / vt alij alios adiuuent: sed ipi quasi totū cōtrariū opant̃: q̄a satagūt alij alios in suis officijs et artibus et scientijs defraudare. ¶ Tanta est ordinatio tui deus quā posuisti in creaturis / q̄ nō sunt oculi / q̄ eam possint plenarie intueri neqȝ aures que sint sufficiētes ad audiēdū illā / neqȝ ora ad eloquēdū / nec intellectus humanus ad ꝑcipiēdū illā sufficit vllo modo. deniqȝ cor hominis nō potest illā cogitare. ¶ Sicut homines nullaten⁹ possunt in se cōprehendere vel ꝑcipere ordinationē tui deus / que est in mūdo: sic ipi nō possunt videre / audire / loqui / aut meditari inordinationem q̄ est ī eis. q̄a ꝑm q̄ vere quilibet speculari valet in oibus dignitatibus / officijs / et scientijs ꝑseuerat q̄ꝓplurimū corruptela. nā bona tēporalia huius vite excecant contra ordiatiōnē / cor homīs vehemēter. ¶ Quare plura loquerer dn̄e deus de tua mirabili ordinatione. q̄a (vt breuiter loquar de ipa) q̄cūqȝ ordinata sunt in mundo / ꝓcesserūt a tua aptissima ordinatione: ⁊ q̄cunqȝ inordinata sunt / ꝓcesserunt et sortita sunt inordinationē causa nostre fragilitatis humane / q̄ ad malum ꝓnior est q̄ȝ ad bonū. Mirabilis de⁹ in eq̄tate. licet homines sint inordinati in se / in suis opibus / ⁊ istud insit eis accidētaliter: tamē ipi ꝓpter suam inordinationē nō possunt inordinare vel corrūpere aliq̄d tuorū operū. ¶ Nemo debet presumere q̄ aliq̄d a te frustra fuerit ordinatū: nec in te creatore omniū / neqȝ in creaturis etiam / quas creasti. quia q̄cq̄d a te ordinatū est respectiue (vt predixi) est ad aliud venturū seculū ordinatū. ¶ Nam propter aptissimā ordinationē que est in futuro seculo: beatificant̃ iusti eterna gloria. ob hoc quia dū vixerūt in hoc mūdo: vixerunt in oibus ordinate. ⁊ pctōres affliguntur penis ꝑpetuis in inferno: ob hoc quia sequētes inordinationē mūdanā: dimiserūt in hoc seculo ordinatōnē rectissimā tui deus.

¶ Qualiter deus ordinauit humanum corpus.

DEus qui per verā fidem vocas ad te iustos / tibi laus et gloria sine fine: q̄a tu ꝯposuisti humanū corpus ex quattuor elementis qđ aptissime a te est ī omnibus ordinatū. ¶ Omnipotens de⁹ / tu creasti in humano corpore (vt dicūt medici) quattuor humores scilicet colerā / melancoliā / flegma / et sanguinē: et istas quattuor complexiones designasti humano corpori / vt causa earū in hoc mūdo valeat viuere tēperate. ¶ Dn̄e deus tu ordinatōne mirabili ornasti corpus humanū q̄tuor

potētiis/ꝗ̃ sunt appetitiua/retētiua/digestiua/ et expulsiua. ⁊ causa istaꝝ q̃tuor potētiaꝝ viꝭ homo vitatiã nisi eēt potētia appetitiua: homo nollet coōdere. et nisi esset retētiua: nō retinerent alimēta vsq̄ ad digestionē: ⁊ nisi esset digestiua: nō extenderent alimēta ꝑ partes corporis. ⁊ nisi esset expulsiua: nō egrederetur a corpore humano nec ab aliquo alio excrementalis materia. ¶ Benedict⁹ sis dn̄e in donis tuis. q̃a tu posuisti in humano corpore: in capite scilicet oculos ad videndū ea q̄ elemētata sunt. q̃a mediātibus oculis videt homo q̄cunq̄ visibilia sunt: vt sunt sensuales forme. ¶ Et ꝓpter virtutē visiuā que est in homine videt homo ⁊ ꝑcipit oīa que sunt in esse/ꝗ̃ sunt possibilia videri/vt corporalia vt predixi: et ꝓpt hāc virtutē ipse scit deuia deuitare: et ire recte quocunq̄ vult ire. ¶ Pater misericordie de⁹: tu dedisti michi visum vt viderē creaturas/ad hoc vt in videndo eas benedicerē/laudarē/⁊ glorificarē te. sed ego dn̄e propter hoc: q̃a excecaui aīam meā a veritate: excecaui similiter oculos meos corporales. ita q̄ totalit̄ amoui oculos meos ab illa ordinatione: in qua tu posuisti eos. ¶ Saluator mūdi de⁹ tu posuisti in humano capite aures ad audiēdū sermones/⁊ vt homo sciat intelligere ⁊ scire differentiā idiomatū atq̄ vocū. vnde benedict⁹ sis tu dn̄e de⁹: q̃a ī hoc q̄ hoīes audiūt sciunt emere ⁊ vēdere alij alijs/⁊ sciūt petere/monereq̄ alios/⁊ audita referre ¶ Itē pie ⁊ dn̄e tu ordinasti q̄ aures sint ī corpore hūano q̄bus audiat/vt homines possint audire tuā maximā potestatē ⁊ tuam laudabilē scientiā: ⁊ sic de aliis tuis ꝟtutib⁹. q̃a ꝓpt talem auditū hoīes ꝑcipiūt te esse summā bonitatē et summā omniū ꝑfectionem ¶ Dn̄e deus tu dedisti aures michi ad hoc/vt ego audire valeā excellētiam tue mirabilis bonitatis: sed ego sicut nequā dimissa causa ⁊ postposita/quare aures fuerūt posite in meo capite/diuerti penitus hanc causam/⁊ hucusq̄ audiui libenter vanitates huius seculi viciosas. ¶ Altis dn̄e ⁊ benigne: sanctificatio tribuat̄ imꝑpetuū tuo nomini glorioso. quia tu dedisti humano corpori gustum vt sentiat saporē ⁊ amaritudinem in cibariis q̄ comedit. nā propter saporē quē hoīes inueniunt in cibario/appetūt comedere sapida: ⁊ euitāt comedere amara. ¶ Benedictus sis dn̄e in oibus operibus tuis. q̃a ordinasti vt hoīes habeant ora quib⁹ loquātur et venerentur te suum creatorē et dominū: et quibus mediantibus voluntatem exprimant sui cordis ¶ Sed ego ꝑditissimus peccator et abominabilis/ nō ordinaui os meū neq̄ labia ad īpendēdū laudes tibi dn̄o deo meo. imo laudaui q̄plurima: quib⁹ nulla laus debebat attribui. sed erāt merito icrepāda secundū q̄ hāc redargutionē ꝑferebat in eq̄tate mens mea. ¶ De⁹ iustoꝝ saluatio singularis: oēo parit̄ glorificēt nomē tuū ⁊ exaltēt. q̃a tu ordinasti q̄ hūanum corpus sit sensitiuū caloris: ⁊ frigoris/famis/sitis/sanitatis/⁊ īfirmitatis/laboris/⁊ q̄etis. ¶ Unde ꝓpt istam sensualitatē quā habent hoīes grauant̄ et habent vestes quibus a frigore defendunt̄ ⁊ multa alia propter q̄ a multis nociuis sua corpora ꝓtegūtur: et ꝑ sensualitatē sciūt sibi cauere etiā a vulnerib⁹/⁊ ictibus prout possunt ¶ Dn̄e de⁹ tu appropīasti michi rationē: vt ego regerē ordinate meipm: sed ego vt peruersus inordinaui totū corpus meum. ⁊ causa quare ego inordinaui corp⁹ meū est ista: q̃a totū tēpus meū posui circa vanas ⁊ fragiles sensualitates. ¶ Ineffabilis ꝟtutis deus: tu ornasti corpus humanum sensu odoratus: ⁊ sic ipm habet ordinatū īstrumētū ad sentiendū odores florū ⁊ fructuū/ꝗ̃ generant̄ ex vegetabilib⁹. ¶ Et ꝓpt odores suaues quos hoīes sentiūt causa sui odoratus: q̃si viuificat̄ humanū corpus: et propter odores etiā letant̄ hoīes in tēpore veris/ cū omnes arbores incipiāt florere/⁊ paulopost fructib⁹ se ornare. ¶ Tu eterne nobis cōditor: dedisti odoratum hūano generi: vt odoret fragrantes odores/sed ego fetidus peccator nō odoraui nisi fetores ⁊ īmūdicias seculi. q̃a ītātū fuerūt nares mee plene hactenus sordib⁹: q̄ sicut porc⁹ nō sentit fetorē fimi ī quo tenet nares suas. sic ego hucusq̄ non sensi fetorē peccati ꝓpter maximā diuturnitatē ⁊ ꝑseuerātiā quā habui in ignorātia tui dn̄i dei mei ¶ Mirabilis in operatione de⁹: tu dedisti homini man⁹ q̄ dicunt̄ organa organoꝝ: q̄bus mediantib⁹ possit opari opa necessaria sue vite. ⁊ vt ipsas man⁹ eleuet versus celū/postulans tibi veniā de his que est cōtra te/⁊ suū ꝓrimū operatus. ¶ Ergo dn̄e deus/in hoc q̄ dedisti homini manus: tu fecisti eum potentem ad exercendū quecunq̄ opera ipse velit. scilicet tam bona q̄ mala/⁊ tā sibi vtilia q̄ damnosa. ¶ Tibi dn̄e deus q̄ es nostrū vera medela: sit laus et gloria. quia tu de nō esse deduxisti in esse cuncta que sunt: pro quibus tu nūc laudaris ⁊ glorificaris. vnde oīa opera tua sunt mirabiliter ordinata. sed ego tanq̄ ꝑuersus ⁊ stolidus opa manuū mearū in illicita trāsportaui. ¶ Sancte ⁊ immortalis de⁹: benedicta sit tua sancta trinitas ī vnitate. quia tu collocasti in humano corpore cor: causa cuius tu haberis in memoria hoīm: desideraris ⁊ cuperis tanq̄ per principalius mēbrum quod sit in eis ¶ Unde omnipotēs deus cor est positū in humano corpore ad hoc vt homo feruEat in amore tui creatoris sui ⁊ in amore sui proximi: ⁊ causa cordis deuenerunt/⁊ facti sunt q̄plures hoīes iusti: in hoc q̄ te diligunt: ⁊ te cupiunt in suis cordibus: ⁊ es sola habitatio eorūdem. ¶ Ergo gloriose de⁹ cū tu dederis homini cor ad diligēdū te: ⁊ vt pīncipaliter sit in eo tuū habitaculum deputatum: et cum ego ī sedes cordis mei receperim hostes tuos: et te sepissime a me pro eis expulerim. quas penas perpetuo propter hoc ego miserrimus merito sum passurus? ¶ Domine deus q̄ cor cōtritum hominis non despicis/sed vis

illud: tibi sit glīa sine fine. tu fecisti humanū corpus pedibus ꝑditum: quibus vadant hoīes per semitas veritatis: et ꝑ vias rectas iusticie: tibi primo creatori suo applicādo / ⁊ ex consequēti suis ꝓximis quos sicut seipos debēt diligere ¶ Mediātib⁹ pedibus breuiter instrumētalib⁹ hñt ire hoīes ad oīa sua necessaria faciēda scilicet tā ad ea que ꝑtinēt ad aīam ꝗ̄ ad corpus. ad ea que ad aīam pertinēt vt est ire ad ecclesias et ad sepeliēdum corpa mortuoꝝ: et ad visitandum infirmos et sic de aliis. ad ea que ꝑtinēt ad corpus: vt est ire ad ministrādum omnia sua necessaria corpori. ¶ Sed ve michi infelicissimo peccatori: cui⁹ pedes nunꝗ̄ ꝑ vias rectas ad saluandam meā aīam perrexerūt. quia non (nisi taro) ad ecclesiā āбulaui et (vt breuiter loquar) vix recolo me ꝑ pedes meos aliquod opus misericordie īplorasse. ¶ Excellētissime ordinator de⁹: benedicta sit tua sancta ordinatio. q̄a tu sine aliquo defectu aptissime ordinasti / et ornasti corp⁹ humanū crinib⁹ ⁊ supciliis: datis eidē dētib⁹ / vnguib⁹ / ossibus / fibris / neruis / cerebro / iecore / pulmone / intestinis / ⁊ oīb⁹ aliis q̄ sunt necessaria humano corpori. ¶ Dñe de⁹ oīa hec supradicta sunt necessaria humano corpori: ⁊ si aliqđ istoꝝ abesset ei: non esset vt decet ordinatū. vnde copiosas gratias debet merito tibi totū humanū gen⁹ reddere: ꝙ ita decēter humanū corpus in oībus suis necessitatib⁹ ordinasti. ¶ Misericors ⁊ miserator dñe. cū tu ordinaueris corpus meū ꝑ creationē / ⁊ ego ipsum accidentaliter inordinauerim ꝑ pctā: suppliciter te oro ꝙ (mūdato prius meo corpore quouis crimine atꝗ̄ sorde) tu cōserues illud in ordinatione bonoꝝ operū vsꝗ̄ ad finem: taliter ꝙ post huius mūdi miseriam placere valeam tibi deo.

¶ Qualiter deus ordinauit in homine potentiam vegetatiuam.

De⁹ q̄ fragilitatē debiliū tua fortitudine corroboras ⁊ sustētas: nomini tuo sanctissimo oīs gratiaꝝ actio tribuatur. nā tu ordinasti ⁊ ornasti aīam hominis quinꝗ̄ potētiis / quas creasti in ea: quarū ꝓma est vegetatiua. scđa est sensitiua. tertia est imaginatiua. quarta rationalis. quita et vltima est motiua. ¶ Prima potētia quā tu dñe de⁹ assignasti corpori / est vegetatiua: ⁊ sub ea posuisti quattuor potētias naturales. quarū prima est appetitiua / secūda retētiua / tertia digestiua / quarta est expulsiua. ¶ Dñe de⁹ omīps q̄ ꝑ tuā clemētiā mūdum ꝑditū reparasti: bñdicta sit tua sancta essentia. quia tu posuisti hāc vegetatiuā formā vltimā in vegetabilib⁹ potentiā animātē. ⁊ ex eo ꝙ tu posuisti eā in vegetabilibus: possunt viuere aīalia ex vegetabilibus. ⁊ in hoc ꝙ tu posuisti potētiā vegetatiuā ī aīalibus: possunt aīalia sumere vitā a vegetabilibus / et ita alia aīalia ab aliis sumūt vitā ¶ De⁹ nostra saluatio singularis honor ⁊ laus semꝑ tuo nomini cognoscatur. q̄a tu ordinasti vt potētia vegetatiua sit causa quare corpus humanū sit crescens: ⁊ generās. quia ī hoc ꝙ potētia vegetatiua accipit partē a victualib⁹ que corpus hoīs recipit: viuit corp⁹ ex illa parte quā recipit potentia vegetatiua a victualib⁹. et si maior est illa pars quam corpus recipit ꝗ̄ ea q̄ extra corp⁹ eiicitur: tūc augmētaꝛ corpus humanū / ⁊ dilatatur. ¶ Et si forte potentia vegetabilis nō retineat maiorem partē vel ad minus tantā in corpore humano de victualibus sicut est illa q̄ extra corpus eiiciꝛ: tūc corpus incipit cōsumi / ⁊ ita deuenire ad metā sui finis. ¶ Unde benedicta sit dñe de⁹ tua sancta ordinatio: quia valde est mirabilis hec ordinatio quā tu posuisti in humano corpore q̄ fit ꝑ potētiā vegetabilē. q̄a quādo corpus īdiget augmēto: tūc recipit in se plus de nutrimēto ꝗ̄ extra ipsum eiiciat. ⁊ quādo corpori est necessariū decrescere ⁊ ad cōsūptionē deuenire: secundū ordinationē corporis quā oportet ipsum seq̄ / tunc potētia vegetatiua aufert plus corpori ꝗ̄ det illi. ¶ Dñe de⁹ q̄ cūcta nobis necessaria subministras: sanctificetꝛ nomē tuū. q̄a tu ordinasti ꝙ ī hac vita mūdana / potētia vegetabilis teneat totū subiectū hoīs ordinatum. Quia sicut peritia boni naute ponit ordinate funes in aliqbus locis nauis / in aliis locis clauos / in aliis picē / ⁊ in alio amplustra / et sic de aliis q̄ ibi sunt necessaria: sic potētia vegetatiua dat aliqbus locis corporis humani caliditatē / aliis frigiditatē / aliis humiditatē: ⁊ aliis siccitatē prout est necessariū corpori ¶ Itē tu dñe ordinasti ꝙ statura hominis sit magna vel parua ratione potētie vegetatiue. ⁊ ꝙ corpus eius sit pingue vel macilentū ratione etiā potētie vegetatiue: ⁊ hoc scđm ꝙ inuenit materiā victualium paratā q̄ humanum corpus recipit. ¶ Rex gloriose deus. tu ordinasti ꝙ aīa ꝑ potētiā vegetabilem conseruet vitā humano corpori / accipiēdo a cibariis nutrimētū: postꝗ̄ fuerint trāsmutata a suo priori statu. ¶ Quare oportet ꝙ cibaria q̄ hoīes recipiūt a vegetabilibus ⁊ ab aīalib⁹ sint a suo statu penitus dissoluta: ita ꝙ fructus ⁊ semina ⁊ carnes aīalium sint mortificate. q̄a potētia vegetabilis nō posset illa que admisit diffundere ꝑ mēbra corporis si in priori statu sui roboris ꝑmanerēt. ¶ Unde ꝓpter hanc ordinationē oportet ꝙ alia victualiū masticentꝛ / alia potentur / alia comedantur cruda / ⁊ alia cocta: vt potētia vegetatiua conuertat illa prius in sanguinem / et postea sanguinē in carnē / in ossa / ⁊ in neruos ⁊ sic de aliis. ¶ Domine deus qui tua bonitate expectas ad penitentiam peccatores. sicut omnia semina et omnia animalia a quibus humanum corpus recipit vitam oportet prius mortificari et transferri totaliter a statu suo / ꝗ̄ ꝑ potētiā vegetabilē possit ex eis dare vitam humano corpori: sic oportet ꝙ q̄libet mortificet in seipso suā sensualitatē: vt possit te plus diligere ꝗ̄

seipsum:⁊ ꝓximū suū sicut seipsum. ¶ Quare donec quis mortificauerit suā sensualitatē: nullo modo poterit plus te diligere ꝙ̄ seipm / nec tātū suū ꝓximum vt seipm. q̇a ratione potētie sensitiue efficit homo ꝑsumptuosus / cupid⁹ / iracundus / ⁊ iuriosus: ⁊ (vt breuiter loquar) plen⁹ / ⁊ fult⁹ q̄si oībus vicīs. ¶ Nā sicut nō est natura potētie vegetabilis ꝙ opet ī victualibus q̄ homo recipit donec sint mortificata: sic natura sensualitatis est ꝙ faciat hominē diligere plus semetipsum: ꝙ̄ te vel ꝓximū suū: nisi prius mortificata fuerit. ¶ De⁹ nostrarū necessitatū refugiū. tu deputasti homini potētiā vegetabilē: taliter ꝙ causa ei⁹ conseruatur in esse vsq̄ ad diē sui obit⁹. ¶ Ultionū de⁹. intantū sunt hoīes fragiles / miseri / ⁊ vilis cōditiōis / et intantū abest eis sapientia / ⁊ abstinentia: ꝙ potentia vegetabilis habet in eis min⁹ de virtute ⁊ potestate ꝓpter eorū defectū: q̇a ꝓpter ventris ingluuiē et nimiā potationē qua vtunt̄ hoīes: potentia vegetabilis nō potest in eorū corporib⁹ ita ꝑfecte operari: sicut operaret̄ nisi essent ita dediti crapulis / et potationibus sicut sunt. ¶ Unde nr̄a inordinatio nimie comestionis ⁊ noster abusus reddūt in nr̄is corporibus vegetabilē potētiā inordinatā quā tu de⁹ aptissime ordinasti. ¶ Mirabilis ordinator de⁹. cū tu ordinaueris in me ordinate vegetabilē potētiā / ⁊ ego illam inordinauerim ꝓpter vētris ingluuiē atq̄ potum: te humilit̄ ꝑcor: vt tu mee ingluuiei (que tāta est stomacho) parcas ꝑ tuā benignissimā pietatē. Quare q̄n ego / pater imēse / volo agere penitētiā de commissis ita ꝙ volo ieiunare / vel in orationib⁹ vigilare vel aliq̇d bonum facere: subiectū meū michi deficit propter hoc ꝙ potētia vegetabilis existēs in eo cōtrariatur ei ob inordinationē q̄ accidit ei ꝓpter nimiā et frequentē crapulā atq̄ potū. ¶ Unde cū ego indignus seruus tu⁹ inordinauerim in me illud q̇d tu ordinaueras: vehemēter me sentio cōtra te culpabilem peccatorē. et ideo ꝑcor te suppliciter vt deinceps me facias ab istis illicitis: ⁊ ab omnibus aliis abstinere. ¶ Eterne rerū cōditor: valde ordinatissima ꝓuidētia ordinasti in humano corpore potētiā vegetabilē. quia tu in q̄libet ī principio esse humani facis citius inesse potentiā vegetabilē ꝙ̄ reliquas: vnde tu facis illud tanq̄ rectissimus ordinator. quia necessarium est humano esse / vt prius sit in eo generatio ꝙ̄ aliqua aliarum proprietatum que ei accidūt causa aliarum potētiarū. ¶ Pie ⁊ deuote oro te dn̄e de⁹ me⁹ ꝙ sicut posuisti in me vegetabilē potētiam vt ipsa sit michi occasio ⁊ ordinatio mūdane vite: ita digneris velle: vt potētia rationalis q̄ in me est sit michi occasio ⁊ ordinatio spiritualis vite habende. Quare sicut tu ordinasti ꝙ hoīes vtantur vita in hoc seculo causa potentie vegetabilis. sic placuit tibi ordinare: vt homines viuant in alio seculo in gloria ꝓpter merita potētie rationalis. ¶ Dn̄e deus q̄ nō vis nos perdere: sed saluare: sicut tu ordinasti ꝙ humanū genus viuat in hoc mūdo ex victualibus que potētia vegetabilis recipit in corpore humano: et causa similiter coctorū victualium que extra corpus emittit: sic iusti viuent in gloria ꝓpter veram fidē quā in hoc seculo habuerunt: in hoc ꝙ ipsi firmiter crediderūt ꝙ debebāt salui fieri: ꝓpter hoc ꝙ tu venisti in mūdū assumens carnem ex vtero beate ꝟginis gloriose: ⁊ q̇a discessisti ab eo post tuū obitum secūdū humanitatē in quo existēs acquisiuisti nobis gloriā sine fine. ¶ Creator omniū deus. sicut humanū corpus cōsumit̄ ⁊ corrūpitur nimia supfluitate cibariorū: sic eterna vita perditur ab hominibus ꝓpter multitudinē viciorū q̄ in hoc mundo congregant̄: q̇a sicut vegetabilis potentia inordinatur ꝓpter nimiā vel modicam comestionem: sic possessio eterne glorie inordinat̄ siue amittitur ꝓpter multitudinē viciorū vel ꝓpter virtutū modicam q̄ntitatē. ¶ Deuotissime te precor dn̄e deus: ꝙ digneris michi facere tantā gratiā: vt claudas michi oīa loca / poros / ⁊ foramina per q̄ cōsueuerunt introire in corpus meū superfluitates cibariorū: ⁊ multitudo viciorū: ⁊ presta michi verā abstinentiā de omnibus illicitis polluentibus tā meū corpus ꝙ̄ aīam. ¶ Pater misericordie deus. dignare ꝑ tuā clemētiā minuere saporē atq̄ voluptatē sensibilitatis quā habent hoīes nimium comedendo / ⁊ bibēdo: q̇a intantum habemus ingentē saporē et ingluuiem circa cibaria ⁊ potatiōes / ꝙ ob hoc inordinat̄ ī humano corpore potētia vegetabilis. ¶ Intātū sapiūt michi bone ꝙ̄ plures ⁊ diuerse epule: ⁊ ita sunt michi dulces: ꝙ sum effectus seruus epularum / ⁊ ita accidit michi ꝙ vix possum abstinere vna hora a comestione propter abusum diuitiarum quē habeo sepissime in edendo. ¶ Cū tu dn̄e deus et de⁹ me⁹ / sis vnic⁹ creator me⁹ et ad fruendū te solo per intuitū in gloria me tuā feceris creaturā: suppliciter te oro / ꝙ nō permittas me seruum fieri mei ventris: nec alicui alii seruire nisi tibi tātū. cui obedire ⁊ seruire debeo tanq̄ oīm̄ vo deo.

¶ Qualiter deus ordinauit in homine potentiam sensitiuam.

DEus qui pauperes spiritu preelegis saluādos: tibi imppetuū vniuerse seruiant creature. quia tu ordinasti ī humano corpore potentiā sensitiuā: causa cuius sunt in quolibet hoīe quinq̄ sensus corporales: scilicet auditus / visus / gustus / odoratus / ⁊ tactus. ⁊ vnusquisq̄ istorū habet in homine ꝓprietates suas: quia per auditum audit homo voces ⁊ diuersitates idiomatum. ꝑ visum habet noticiam de diuersitatibus formarum et colorum. per gustum patefiunt sibi dulcia et amara. per odoratum sentit odorifera vel fetores. et per tactum cognoscit corporalia et similiter dura et mollia. ¶ Propter sensualitatem appetit humanum

corpus comedere et bibere: p istos quinqꝫ pcipit homo oīa illa q̄ sunt necessaria sue vite. ¶ Dñe deus q̄ es oīm aptissimus ordinator: occasione potentie sensitiue quā tu in humano corpore posuisti habēt homines industriā agros colendi et vineas et colligēdi fruct⁹ terre: et ratiōe ipsius etiā sentiūt hoīes calorem et frigus et volunt q̄escere a suis laboribus et cauēt sibi ab infirmitatib⁹ et ab omnibus nocumentis aliis quātū possunt. ¶ Gloria et benedictio sit tibi dñe deus: q̄ ordinasti ꝙ potentia sensitiua exterior sit subiecta potentie imaginatiue: ꝛ hoc ita ordinasti vt potentia sensitiua submittat̄ ad seruiendū imaginatiue tanqꝫ potentie digniori. ¶ Unde ꝓpter istud dominiū ꝛ dignitatē quā tu potētie imaginatiue tribuisti super potētiā sensitiuā exteriorē ipsa sensitiua potentia est representatiua specierū in quib⁹ imaginatur potentia imaginatiua: q̄a citius audit/videt/gustat/ꝛ odorat homo/q̄ꝫ imaginatur. ¶ Unde nos videmus manifeste ꝙ citius sentiūtur res ab hoīe q̄ꝫ imaginent̄ illas: q̄a post sensum potentie sensitiue homo imaginat̄ et figurat dormiēdo vel vigilādo res quas sibi obtulit potentia sensitiua. ¶ Honor ꝛ reuerentia tibi soli deo imppetuū prebeat̄: quia ordinasti in homine ꝙ ratione potentie sensitiue homo perueniat ad cognitionē rerū intellectualiū: quia in hoc ꝙ homines cognoscūt sensibilia: ipsi percipiūt veritatē a rebus inuisibilibus. Nā licet dñe deus tu sis in hoc mundo hoībus essentia inuisibilis: nō sequitur ꝙ propter hoc hoīes in hoc mundo existentes nō habeant cognitionē de tua benedicta essentia/ꝛ hāc cognitionem habent ex eo ꝙ sciūt tuā essentiam esse oīpotentem/misericordem/iustissimā/virtuosam ꝛ ꝑfectissimam sine aliq̄ defectu. ¶ Sine estimatiōe sunt multa bona ꝛ vtilia que proueniūt homini ratione potētie sensitiue. quia ita apte ordinata est ī humano corpore potentia sensitiua: ꝙ ipsa est causa materialis ꝛ occasio cognitionis ꝛ cogitationis rerū intellectualiū que cōueniūt aīe rationali que cognoscit ꝛ percipit ab homine esse in corpore humano: ad quā cognitionem homo peruenit causa rerū sensibiliū. ¶ Plurimum beasti dñe deus humanā speciē: in hoc ꝙ solum homo ꝛ nullū aliud aīal peruenit ad cognitionem rerū ītellectualiū mediantib⁹ rebus sensitiuis. vnde ratione huius talis cognitionis quā solum habent hoīes: gaudent ipsi valde/et hilarantur de his que imaginando discernūt/ꝛ alia aīalia nequaqꝫ. q̄a solum ipsa sentiūt. ¶ Deus qui es fideliū vera quies tu ordinasti ꝙ in embrione sit citius potentia vegetabilis q̄ꝫ aliqua aliarū: vt corpus futuri hominis nutriatur et augmētetur. ꝛ ordinasti etiā ꝙ ab humano corpore citius sentiantur res q̄ꝫ sint imaginate: et ꝙ potentia rationalis operetur in homine post imaginatiuam potentiā/vt possit discernere ea q̄ cadūt in sua imaginatione. ordinasti etiā ꝙ motiua potentia operetur post rationalē potentiā vt sit mobilis ad cōplendū hoc q̄d ei precipit potētia rationalis. ¶ Benedictus sis dñe de⁹ cui placuit ꝙ aīa rationalis sit vna substātia: et voluisti vt quātū ad actū alie potentiarum assint et vtant̄ humano corpore citius q̄ꝫ alie. ¶ Itē oīs gloria ꝛ benedictio tribuat̄ tibi soli deo. q̄ vis ꝙ hoīes iusti anteqꝫ vtantur motiua potentia in suis factis ꝛ operibus: velint vti potentia sensitiua. deinde imaginatiua/ꝛ post hāc rationali: postea etiā motiua et ꝓpter hoc iusti q̄cq̄d agūt iuste: faciunt ex eo ꝙ ordinate vtunt̄ potētiis ipsius aīe. sed iniusti totum cōtrarium operantur. q̄a anteqꝫ ipsi ꝑueniāt ad imaginatiuā potētiā: vtūtur sensitiua ꝛ motiua / vel imaginatiua ꝛ motiua. ꝛ ꝓpter hanc iordinationem qua vtunt̄: fiūt inordinati in oīb⁹ factis suis. ¶ Cōsolatio miserorū deus. tu ordinasti ꝙ homo sentiat naturaliter plus in se diligere suū ꝓpriū esse: q̄ꝫ aliq̄d aliud alienū. ¶ Propter hoc dñe deus/ꝙ q̄libet diligit naturaliter plus seipm̄ q̄ꝫ aliū: contingit ꝙ hoīes viuētes in hoc seculo ꝓcurant (quātū possunt) et conantur bona tēporalia cōgregare: vt sibi ipsis possint facere sua necessaria. ꝛ ideo q̄libet āplectit̄ mūdana plus ad opus suū q̄ꝫ ad opus alterius. ¶ Itē contingit naturalit̄ ꝙ q̄libet diligit plus illos q̄ sunt de sua progenie/ꝛ amicos suos speciales: q̄ꝫ aliquos alios. et iste amor inest cuilibet naturaliter: ꝓpter hoc ꝙ ratio exigit vnicuiqꝫ homini vt diligat plus illa q̄ sunt sibi magis ꝓpria ꝛ magis ꝓpinqua: q̄ꝫ ea q̄ nō sunt sibi ita ꝓpria vel ꝓpinqua. ¶ Pater orphanorū de⁹ et auxiliū pupillorū: tibi sit gloria ꝛ triumphus. q̄ ita mirabiliter ordinasti in humano corpore rationē/ꝙ nisi q̄s diligeret plus causa sui ipsius seipsum vel parētes suos q̄ꝫ alios: certe nemo fuisset ordinat⁹ adeo bene ad acq̄rendū meritū glorie vel penarū subtrahēdo sibi bonum tēporale vel nō subtrahēdo. ¶ Quare in hoc ꝙ homo iust⁹/mortificat suā sensualitatē diligendo plus te deū q̄ꝫ seipm̄ vel parētes suos: acq̄rit meritū glorie. ꝛ ꝑ cōtrariū q̄n peccator inclinat̄ ratione potētie sensitiue ad diligendum plus seipm̄ vel filios suos q̄ꝫ te de⁹: ipse meret̄ torqueri penis ꝑpetuis in gehēna/eo ꝙ postponit ꝑponēda ꝛ ꝑponit temerarie postponēda. ¶ Benedicta sint sancte de⁹: tua sanctissima opa. q̄a tu ordinasti vt homo habeat liberā volūtatē ad diligēdū te: q̄ s̄cđm rationē sine cōparatione debes plus ab hoīb⁹ diligi: q̄ꝫ aliq̄d q̄d valeat estimari. q̄ q̄dē voluntas inest homini inter duos terminos: quorū prim⁹ est tua īgēs bonitas ꝛ vilis conditio sui et suorū. secūdus termin⁹ est ꝓprietas quā habet homo ī diligēdo seipm̄ plusq̄ꝫ aliū/ratiōe sue potētie sensitiue. ¶ Excellētissime rex regū ꝛ dñe dñantiū: tu ordinasti ꝙ potētia sensitiua sit in hoīe aptissime ordinata. Quare quando quis contemplat̄ dñe deus/in tua maxima bonitate/vel in aliqua tuarum virtutum (si forte contingat potentiam sensitiuā eē

velle mouere ad peccādū: vel facere ab eo aliq̄d plus
diligi: q̄z te deū) tunc ipse imaginet cū discretione tuā
potestatē maximā ꝛ virtutē/ suāq̄z villitatē ꝛ miseriā.
quia immediate post talem imaginationē homo vin
cit ꝛ mortificat seipsum: ꝛ sua opa vilia ac fragilia: et
laudat atq̄z exaltat te super oīa sicut verū deū ꝛ oīm
creatorem. ¶ Unde propter talē ordinationē quam
tu deus posuisti in homine (que inest sibi causa poten
tie intellectualis) homo est parat⁹: ꝛ dedit⁹ ad faciē
dum bonū vel malū. ꝛ ita causa ipsius potentie/ ipse
acquirit boni meritū/ siue mali. ¶ De⁹ qui humiles
corde dirigis/ supbos autē deprimis ꝛ elatos: bene-
dicta sit tua sanctissima ordinatio. q̄a intātum es sa-
piens/ ꝛ discretus in oībus: q̄ totū hoīem ordinasti ꝛ
direxisti ad operandū bonū/ ꝛ ad euitandū malū. q̄a
vt homo haberet occasionē mortificandi suā poten
tiam sensitiuā: voluisti assumere carnē humanam ex
vtero beate virginis gloriose. ꝛ esse ꝓ humani gene
ris redēptione flagellatus/ sputo cōspersus/ mortu⁹/
et sepultus. ꝛ oīa ista que tu fuisti passus ꝓ redēptio-
ne humani generis: sunt homini causa ꝛ occasio mor
tificandi seipm/ i diligēdo te plus q̄z seipsum ꝛ quod
cunq̄z aliud. ¶ Propter istā maximā occasionē dili
gendi te ꝛ laudandi: quā tu dn̄e de⁹ hoibus prebuisti
sunt hodie q̄z plurimi hoīes religiosi/ honeste et san-
cte conuersationis/ q̄ recolentes tuā passionē ꝛ mor-
tem/ reliquerūt inanē gloriā huius mūdi mortifican
tes carnē suam ieiuniis/ vigiliis/ et multis aliis cor-
poris afflictionibus. ¶ Quare tanta est vis cōmemo
rationis gratiarū/ quas tu pater de celis fecisti nobis
ad habendā eternā vitā: vt quādo aliq̄s vere cogitat
eas (licet potentia sensitiua habeat in hoīe maximā
vim et maximā potestatē) propter hoc nō oportet q̄
commemoratio gratiarū (quas tu fecisti homini ad
salutem) nō vincat maliciā ꝛ iniquitatē/ que cadunt
in eo causa potentie sensitiue. ¶ Humilis dn̄e et be-
nigne. pctōres q̄ nō contēplantur/ nec recolunt tuam
carnis assumptionē/ tuā passionē/ vel mortē/ verū to
taliter ponūt intentionē suā ꝛ memoriā circa tempo
ralia: illi nō mortificāt potentiā sensitiuā/ cū tua san
ctissima passione. Imo tales discurrūt ꝑ itinera pec
catorū/ prouenientiū a potentia sensitiua materiali: si
cut aqua decurrit semꝑ inferius ꝓpter suā pōderosi-
tatem. nā potentia sensitiua est eis causa peccaminis
cum nō sit mortificata ꝑ memoriam tue mortis vel
per contemptū hui⁹ vite fragilis ꝛ fallacis. ¶ Ple-
naria laus attribuat̄ tibi dn̄o iesu christo. quia sicut a
passionib⁹ quas tu pertulisti in corpore tuo huma-
no deriuatur et descendit omne bonū quod a te da-
tur homini: sic omne malum deriuatur ꝛ descendit a
potentia sensitiua que est in hoīe tanq̄z ianua ꝑ quā
intrat peccatū ad hoīem accidētaliter: nisi prius fu-
it mortificata ꝑ ea que supra diximus⁹. ¶ Unde ve mi
chi pctōri/ q̄ penitus adhereo potētie sensitiue: et nō

compesco eā vel mortifico memoratione tue lauda-
bilis passionis. quia ego palā cōfiteor me esse fatuū
et rudem/ longiori enī tempore dilexi plus meipsum
q̄z te/ de quo trāsgressione sum q̄z plurimū puniēdus
¶ Sed ego modo recognosco per tuā gratiā culpā
meam volens facere penitentiā de transactis. quare
te deuote et suppliciṫ precor vt decetero digneris me
conseruare in tua gratia: taliter vt semꝑ habeā in me
moria q̄ plus te deū debeā diligere: q̄z meipsum. et
si ita fecero: mortificabo in meo corpore potentiam
sensitiuā. ¶ Et sit naturale in oībus hoībus plus ad-
herere potētie sensitiue exteriori: q̄z imaginatiue vel
rationali: hoc ꝓuenit eis vt predixi: quia eā nō mor-
tificant per memorationē tue passionis/ vel per com
temptum bonorū tēporaliū: q̄ de facili a sapiēte quo
libet contemnūtur si cogitet q̄ valde impediūt quē-
libet cupientē contemplari tuā gloriā sempiternam
quā ꝑ misericordiā tuā deus largiri digneris nobis.

¶ Qualiter deus ordinauit in homine
potentiam imaginatiuam.

Deus qui es renatorū fideliū vera sa-
lus/ virtus/ ꝛ potestas cognoscat̄ de-
bere attribui tibi soli: q̄ dedisti homi-
ni potentiā imaginatiuā: vt recipiat
sensibilia a potētia sensitiua. quia ho-
mo (mediante potētia imaginatiua)
imaginatur sensibilia: in hoc q̄ imaginatur per illā
formas/ colores/ q̄litates/ ꝛ etiā quantitates. ¶ Tu
enim dn̄e ordinasti taliter humanū corp⁹: q̄ quicq̄d
potentia imaginatiua recipit a potētia sensitiua/ to-
tum tribuit ꝛ representat potētie ratiōali: vt rationa-
lis eligat illud qđ sibi bonū fuerit ac vtile: ꝛ euitet il-
lud qđ sibi esset inutile atq̄z damnosum. ¶ Dn̄e de⁹
propter maximā ꝛ mirabilē ordinationē quam tu po
suisti in potētiis aīe: trāsferunt̄ hoīes de sensualibus
ad intelligendū intellectualia. q̄a ratione imagina-
tionis quā homo sumit a creaturis/ itelligit ꝛ ꝑcipit
ratio hoīs veritatē creaturarū: ꝛ affirmat res i suo eē
q̄ sic sunt/ vel nō. ꝛ scit etiā de rebus q̄les sunt/ ꝛ qua
re sunt ¶ Aptissime ordinator deus: tu ordinasti per
tuam maximā sapiētiam q̄ potētia imaginatiua sit
quoddā mediū inter potētiā sensitiuā ꝛ rationalem
vt ea recipiat a potētia sensitiua ꝛ tribuat potētie ra-
tionali. quare secūdū istā ordinationē/ sequit̄ q̄ potē
tia sensitiua sit subiecta potētie imaginatiue/ ꝛ ima-
ginatiua potētie rationali. ¶ Quare ob id q̄ cōmu-
nis sensus (q̄ descēdit a q̄nq̄z sensib⁹ corporalib⁹) est
occasio ꝛ causa imaginatiue potētie vt semꝑ det rati-
onali: accidit q̄ imaginatiua est media inter poten-
tiam rationalem et sensitiuam et est subiecta rationa
li. ¶ Un̄ bn̄dict⁹ sis tu dn̄e de⁹: q̄ ordinasti q̄ i hoīe
sit potētia imaginatiua: q̄a ꝓpter hoc q̄ homo viuit
ꝑ modicū tpīs: ꝛ est mobilis de vno loco ad aliū: fuit

necessariũ potentiã imaginatiuã esse in hoīe / alias non cognosceret nisi presentia. ¶ Singulare (deus) refugiũ miserorũ: benedicta sit tua sancta essentia. q̄a ob hoc ꝙ dedisti imaginationē hoībꝰ illi sunt potentes reminisci ⁊ cogitare p̄terita / ⁊ absentia. nã ratiōe imaginationis q̄ est ī hoībꝰ affirmãt ipsi de formis coloribus / q̄litatibus / ⁊ quãtitatibꝰ absentiũ ⁊ p̄teritoꝝ: q̄ oīa nō potuissent ab eis reminisci: nisi potētia imaginatiua fuisset in eis. ¶ Propter id ꝙ potentia imaginatiua recipit cognitionis speciē a sensualibꝰ. et presentat illã potētie rationali: idcirco ipsa potētia rationalis affirmat tuã diuinã essentiã esse ⁊ eã esse totaliter gratiosam / oīpotentē / misericordē / ⁊ iustam in omnibus atq; p̄fectã. ¶ Mirabiliter honorasti (pater oīpotens deꝰ) hoīes pre oībus aliis aīalibus. q̄a in hoc ꝙ oīa alia aīalia deficiũt in potētia rationali: non possunt imaginari tuã bonitatē vel tuã essentiã benedictã. ¶ Deus q̄ pre ceteris virtutibꝰ / primo exigis in hominibꝰ verã fidem: tu per tuam ordinatissimam sapientiã ordinasti: ꝙ potētia imaginatiua nō possit attingere vel sufficere ad intelligendũ aut percipiendũ vsq; ad terminũ / ad quē attīgit rationalis potentia. et p̄pter hanc virtutē (quã dedisti potentie rationali) maiorē in intelligendo ⁊ sciendo / q̄; imaginatiue: hanc ob causam preterita ⁊ futura q̄ sunt contra cursum nature: vident magis īpossibilia (vt imaginentur) ipsi potētie imaginatiue: q̄; potentie rationali. ¶ Et totũ hoc accidit: quia imaginatiua potentia nō potest sufficere ad intelligendũ vbi sufficit rationalis. nã rationalis intelligit post terminũ in quo imaginatiua terminat: imaginatiua eñi nequit imaginari / nisi res que sunt in esse secundũ cursum naturalem: sed rationalis multo plus intelligit eo ꝙ ipsa intelligit ⁊ percipit res que fiũt contra cursum nature. ¶ Quare in hoc ꝙ imaginatiua nichil capit / nisi a quinq; sensibus corporalibus: ipsa nichil nouit affirmare nisi de sensualibꝰ: sed in hoc ꝙ rationalis capit a sensualibus ⁊ intellectualibꝰ / ipsa potest intelligere ⁊ percipere res que fiunt cōtra naturalē cursum. ¶ Deus qui liberum arbitriũ vnicuiq; porrigis: tibi virtus ⁊ gloria sine fine. quia q̄; plures homines decipiuntur a potētia sensitiua. q̄s enim posset existimare numerũ illorũ / qui nullo modo valēt credere ꝙ panis cōsecratꝰ ī altari a sacerdote (prout decet) efficiatur (p̄pter efficaciã verborũ desuper prolatorũ) verũ corpus tui christi. ⁊ profecto si bene quis voluerit cogitare / ipse inueniet ꝙ nichil aliud decipit tales nisi potentia sensitiua que nichil percipit contra cursum nature. ¶ Quare ob hoc ꝙ hoīes non possunt videre vel imaginari in hostia (q̄ ponitur in altari) carnē vel sanguinē secundũ quinq; sensus corporales: ideo efficiuntur increduli / illũ panē posse cōmutari in verũ corpus tui christi p̄pter verborũ instrumētaliter efficaciã. sed ipsi ab incredulitate huiusmodi eriperent:

si recte intuerent̃ illud mirabile per viam potentie rationalis / que affirmat ꝙ oīs hostia q̄ ponitur in altari si recte a presbitero fuerit cōsecrata / verũ corpus efficitur tui christi: postq̄; dederis ipsis v̄bis (vt ad hoc mirabile instrumēta sint) tantã efficaciã et virtutem. ¶ Dñe deus adoretur / glorificet̃ / ⁊ exaltetur nomen tuum sine fine. q̄a tu per tuã misericordiã dignatꝰ es dare gratiã solis catholicis: ꝙ ipsi nō decipiant̃ (sed sciant sibi cauere a deceptione potētie imaginatiue) sicut decipiuntur heretici: ⁊ alij q̄; plurimi infideles. quia catholici credũt firmiter ꝙ tu qui es omīpotēs possis facere q̄cq̄d velis: licet quinq; sensus corporales nō possint istud intelligere vel p̄cipere secũdũ potentiã imaginatiuã in hostia panis qui ꝯsecratur in altari a presbitero per virtutē verborũ desuper p̄latorum. qđ minime credũt alij preter cultores fidei christiane. ¶ Tibi patri ingenito honor et reuerētia sit semper: qui ordinasti in humano corpore ꝙ potētia imaginatiua presentet ⁊ offerat sensibilia potentie rationali: aliq̄n cũ oībus sensualitatibꝰ quinq; sensuũ corporaliũ: et aliquãdo cũ vno tãtũ sensu vel cũ duobꝰ: quia secũdũ ꝙ erũt sensualia in potētia imaginatiua contingit ꝙ ipsa poterit ea representare simul aut sigillatim potentie rationali. ¶ Quãdo enĩ accidit ꝙ potētia imaginatiua offert / ac representat accepta a quinq; sensibꝰ potētie rationali simul: hoc accidit: q̄a homo presentialiter habet visum / auditũ / odoratum / gustũ / ⁊ tactũ / de aliqua re corporali. ¶ Et quãdo accidit ꝙ potētia imaginatiua nequit representare seu offerre simul oēs quinq; sensus corporales potētie rationali / sed vna vice vnũ: dein de aliũ: hoc accidit: q̄a sensualia sunt in absentia homini que habuit in sua presentia. vnde benedictus sis tu dñe deꝰ. q̄a propt̃ istam ordinationē q̄ fit inter presentiã ⁊ absentiã / cōtingit ꝙ homo imaginat̃ absentia ratione presentationis: quã ante habuit de rebꝰ presentibꝰ. ¶ Veraꝝ dñe orbis rector: licet tu prebueris maximã v̄tutē et potestatē potētie imaginatiue imaginãdo q̄si omnia: tamē nō est sufficiēs vllo modo imaginari totã tuã bonitatē / vel ceteras virtutes tuas / q̄ sunt in tua benedicta essentia. Jmo deficit ad imaginandum oīa bona: q̄ sunt in te dñe deꝰ meus. q̄a quãdo ipsa vult imaginari ⁊ cōprehendere totã tuã bonitatē que nequit cōprehendi vel percipi intra terminũ / vbi imaginatiua potentia terminat̃: tunc virtꝰ ⁊ vis imaginatiue debilitatur ⁊ minuitur in se ⁊ compellitur nō trāsire vltra terminum intra quē terminatur. ¶ Et quãdo potentia imaginatiua deficit ad imaginandum totam tuam bonitatem: tunc potentia rationalis assurgit vltra imaginatiue terminos limitatos: et procedit vltra q̄; potentia imaginatiua possit sibi offerre vel etiam presentare. attamen dñe deꝰ nō tantum vltra imaginationē p̄cedit potētia rationalis: vt eiꝰ virtus possit peruenire ad ītelligēdũ oīa bona q̄ sunt

in te. quia quãuis sine fine multiplicaretur eius virtus/ad intelligendum tuã bonitatem: nunq̃ posset peruenire ad finem. imo vix aliquid de ea perciperet. ¶ Domine deus qui secũdum intentionem sui animi iudicas vnũquẽq;: sicut potentia imaginatiua et rationalis/deficiunt ad imaginandũ et ꝑcipiendum omnia bona que sunt in te: sic domine ambe deficiũt ad imaginandũ/sciendũ/et cognoscendũ omia mala q̃ sunt in me fetidissimo peccatore. Quia tot sunt mea vicia ⁊ scelera ꝙ imaginatio nõ sufficit ad imaginandũ illa/nec intellectus ad intelligẽdũ. ¶ Gloriosissime deus/nulla imaginatio est q̃ tãtũ faciat sapientem abhorrere peccatũ: sicut imaginatio quam habet de tua maxima bonitate/et de multitudine viciorũ suorũ. vnde eum talis imaginatio excitet citius peccatores dormiẽtes ĩ peccatis/q̃ aliqua alia imaginatio: te suppliciter oro vt talem imaginationẽ facias semꝑ in me vsq; ad obitum habitare. ¶ Si digneris pater misericors michi prestare tantam gratiam specialẽ vt tota mea imaginatio sit in imaginãdo predicta duo/scilicet tuam maximã bonitatẽ/et mea ineffabilia crimina: tutus ero penitus a vanitatum laqueis huius mundi. ¶ Domine deus virtutũ homines qui nõ imaginant̃ tuam ingentẽ bonitatẽ neq; suã miseriã vel fragilitatẽ: ij sunt q̃ plus cupiũt et affectant illa q̃ sunt vilia et transitoria/q̃ ea q̃ sunt nobilitate decorata atq; eterna. et ꝓpterea efficiunt̃ peccatores/⁊ rudes vt bruta aĩalia/q̃a quilibet rationalis debet predicta duo imaginari toto tp̃e vite sue ¶ Et sepe contingit ꝙ peccatores cognoscũt sua crimina/et cupiũt ab illis esse exonerati: sed ignorant modum qualiter possint ab eis liberari. et hec ignorãtia inest eis ex eo ꝙ nolũt cõtemplari/discernendo tuã maximã bonitatẽ/neq; suã fragilitatẽ: sicut imaginati sunt longo tẽpore/fere oẽs modos peccandi. ¶ Et ꝙ istud sit verum/in me sepius probaui. quia frequenter accidit michi vt quãdo volo cõtemplari ĩ tua benedicta passione/vel in aliqua tuarũ virtutum et in meo lapsu criminũ: valde cito tedet me talis cogitationis. et hoc fit quia raro talẽ cogitationẽ habui in mente mea. ¶ Fortissime dñe/sustẽtaculũ pusillanimiũ. tu ordinasti vt quãdocũq; potẽtia sensitiua exerceat actum suũ in homine: semꝑ in eodẽ sit in actu similiter potentia imaginatiua. quia semꝑ quãdo sensitiua potẽtia exercet actũ suũ in homĩe: oportet de necessitate ꝙ similiter sit in actu homĩs/actus potentie imaginatiue. ¶ Et ꝓpter hoc seq̃tur ꝙ dũ homo vigilat/vix potest esse sine imaginatiõe alicuius rei: ⁊ quãdo nõ dormit firmiter/ similiter quãdo nec bene vigilat nec bene dormit. quia in hoc ꝙ homo nec ꝑfecte vigilat nec ꝑfecte dormit/vtit̃ potẽtia sensitiua: et quãdo illa vtit̃ ⁊ actu suo/oportet ꝙ sit in eo imaginatiua actualiter q̃ imaginet̃ aliq̃d. ¶ Unde ob id ꝙ sensitiua ⁊ imaginatiua sunt sic simul in homĩe in quocũq; statu sp̃e sit: videt̃ur quandoq; homini possibilia/impossibilia et econuerso. Unde ista inordinatio ꝓuenit homini a parte potentie sensitiue: q̃ sepe est inordinatũ subiectũ et imꝑfectũ imaginatiue potentie/ita ꝙ ipsa nequit ꝑfecte imaginari q̃ vult. quia a sensitiua nõ perfecte sentitur. vnde ꝙ talis imꝑfectio absit potẽtie sensitiue: placeat tibi deꝰ.

¶ Qualiter deus ordinauit in homine potentiam rationalem.

Deus qui humiles corde dirigis circa opera studiosa: te oẽs metuant fines terre. qui ordinasti ꝙ sicut potẽtia sensitiua habet quinq; sensus corporales: sic similiter rationalis potentia habeat alios quinq; sensus q̃ sint spirituales. ¶ Quare sicut placuit tibi ordinare ꝙ actus quẽ habet sensitiua/ordinet̃ ꝑ quinq; sensus corporales: sic ordinasti vt actus potentie ratiõnalis ordinetur ꝑ quinq; sensus spirituales. ¶ Unde secũdũ istam ordinationẽ sequitur ꝙ in potentia rationali sit cogitatio/ꝑceptio/cõscientia/subtilitas/et animositas: qui sunt q̃nq; sensus spirituales: sicut est in potentia sensitiua/auditus/visus/odoratus/gustus/et tactus: q̃ sunt quinq; sensus corporales. ¶ Deus incomprehensibilis bonitatis: tibi maiestas et virtus. q̃ nobilitasti potentiã rationalẽ pre ceteris potentijs: ita ꝙ facis eã alijs dominari. et causa quare rationalis ceteris dominat̃ est hec: q̃a ipsa dominat̃ et preest imaginatiue/q̃ ꝑdomiat̃ sensitiue/⁊ sensitiua vegetatiue/⁊ rationalis dñat̃ motiue/in hoc ꝙ mouet eã ad actũ quãdocũq; vult. ¶ Hoc dominiũ ⁊ hanc ꝑrogatiuã habet rationalis potẽtia suꝑ ceteras. q̃a tu rationabiliter ordinasti vt gradatim vna presit alteri/et hec sit illius subiectũ que ipsi preest ac dñatur/et ita gradatim cõputando rationalis preest omnibꝰ. ¶ Unde ꝓpter hoc dominiũ/qđ rationalis potẽtia habet suꝑ ceteras potẽtias anime: semꝑ quãdocũq; potentia rationalis discernit aliq̃d/ꝑcipit potentie motiue vt moueat se et deducat in actũ id qđ est in potentia: ⁊ tũc potẽtia motiua ꝓpter susceptũ mandatũ a rationali mouet se ⁊ deducit in actũ hoc qđ erat in potentia tm̃. ¶ Deus q̃ ꝑ vnitatem fidei ad te populũ vocas christianũ: tu ordinasti ꝙ potẽtia rationalis sit subiectũ in quo stet cõceptio / siue intelligentia q̃ fit de aliqua re concepta seu intellecta: tunc quando res illa est in cõceptiõe siue in potẽtia intellectuali. et ordinasti etiã ꝙ potentia rationalis sit ordinatũ subiectũ qua possit facere qđ est ĩ potẽtia. ¶ Quapropter benedictus sis tu pater misericors. q̃ ordinasti ꝙ potentia rationalis cõlectet ⁊ discernat si q̃ppiã est in esse aut nõ/ et si inueniat ꝙ sit in esse / scrutetur et discernat causam quare sic est in esse: et si forte res

non est in esse/querit et discernit cur non est in eē. sed
posito ꝙ inueniat rem in esse: tūc ipa diligēter et sub=
tiliter inquirit q̄ sit ꝛ qualis. ꝛ postq̄ oīa hec discus
serit: deducit ad actū illa/ q̄ tm̄ erant prius in potētia.
¶ Gloriosissime deus ob hāc ordinationē p̄fatam/
accidit ꝙ prius cōsistant res in potentia intellectua=
li quādo sunt in potētia: et postq̄ deuenerint ad actū
accidit ꝙ cōsistant in sensualibus/ q̄ sentiūtur quinq̄
sensibꝰ corporalibꝰ. ¶ O singularis dñe: laus/ virtꝰ/
honor/ ꝛ gloria tibi soli impptuū cognoscat. tu enī
decorasti et nobilitasti rōnalē potētiā p̄re ceteris. qꝛ
in hoc ꝙ rationalis habet posse ꝛ virtutē plura intel
ligendi/ pcipiendi/ et sciendi/ q̄ imaginatiua ipi rep
sentat seu offert: cōtingit rōnalem dn̄ari et preesse ce
teris potētijs. ¶ Unde ratione maioris potestatis ꝛ
virtutis (quā posuisti in rationali potētia) q̄ in cete
ris potentijs/ sunt hoīes in nobiliori et mirabilio=
ri statu / et dispositione/ q̄ aliqua alia species anima
lis/ cū cetera animalia p̄ter hominē careant ratione.
¶ Unde in hoc ꝙ homines habēt rōnem et intelle=
ctum: ipi intelligūt ea q̄ rationabilia sunt/ q̄ nullum
aliud animal potest intelligere nec pcipere/ eo ꝙ oīa
alia animalia carēt potētia rationali. quapropter ho
mo dignior est ceteris creaturis: quia solū ipe scit di=
scernere vtile ab inutili/ et bonū a malo. ¶ Deus qui
nullū bonū sinis irremuneratū: benedicta sint omia
tua opera. quia tu dotasti ꝛ nobilitasti hominē ratio
nabili potentia/ pre alijs potentijs q̄ sunt in eo: sed
ego peccator nequissimus illā in me penitus defeda
ui (sibi honorē minuēs) ꝛ dedecoraui. q̄a subdidi eā
alijs potētijs que plus diligūt ꝛ amplectūtur sensua
lia q̄ intellectualia. in hoc enī ꝙ potētia imaginati=
ua/ imaginatus sum illa q̄ sunt magis vicinia poten
tie sensitiue q̄ rationali (sicut est edere ꝛ bibere ꝛ ce=
tera) accidit ꝙ est facta inordinatio potentiaꝝ in me:
et propter inordinationē potētiarū est rationalis po
tētia inordinata ꝛ deposita ab honore suo/ in quo tu
eā cōstitueras. Nam potētia rationalis die ꝛ nocte
cogitat qualiter possit cōgregare diuitias / ꝛ habere
huiꝰ seculi voluptates: et ideo efficit serua potentie
sensitiue/ q̄ ista mūdana et transitoria semp cupit. vn
de sicut potētia rationalis deberet preesse sensitiue/ ꝛ
cogitare in eius virtutibꝰ/ et in celesti gloria parady
si: sic ipsa subest sensitiue/ et cogitat bona tēporalia
huiꝰ mūdi. ¶ O eterna et diuina essentia q̄ in vna ꝛ
eadem substātia es trina in personis: tibi laus ꝛ glo
ria sine fine. q̄ ordinasti ꝙ sicut fons est locus a quo
ꝓgreditur ꝛ pullulat aqua clara/ dulcis et nitida: sic
ordinasti ꝙ potētia rationalis sit causa hominibus vt
efficiant possessores bonoꝝ celestiū: fruātur q̄ tua pre
sentia gloriosa. ¶ Dñe deus sicut potētia rōnalis or
dinat ad omne bonū ꝛ vtilitatē hominū: sic potentia
sensitiua est parata dare hominibus causam ꝛ occasio
nē omniū maloꝝ. ꝛ (vt breuiter loquar) sicut rationa
lis est causa ꝛ occasio boni/ sic sensitiua mali. ¶ Cau
sa quare potētia sensitiua est mali occasio est hec: q̄a
est cōtraria potentie rationali in natura. nā rationa=
lis discernit equitatē ꝛ iusticiā: sed potētia sensitiua
facit omnino ꝯtrariū: quia ipa diligit plus seipam q̄
aliquid aliud. ¶ Pater misericors deus. tuū domi=
niū/ ꝛ excellentia tui noīs: vltra extrema seculi exten
dātur: quia tu ordinasti taliter hominē in potētia ra
tionali/ ꝙ mediāte ipa homo intelligit/ discernit / et
pcipit tuas maximas virtutes/ sicut tuā omnipoten
tē potestatē/ ꝛ tuā ineffabilem bonitatē: ꝛ mediante
rationali pcipit ꝛ intelligit difficilia q̄ sine ipa ab ho
mine nūq̄ possent intelligi aut pcipi. ¶ Itē dñe deꝰ
maximā gratiā ꝛ specialissimā fecisti hūane speciei:
quādo appropriasti eidē potētiā ratioalē: q̄a mediā
te ipa cognoscit ea q̄ sunt diligēda/ honorāda/ ꝛ am
plectenda/ ꝛ ea q̄ sunt cōtemnēda ꝛ tradēda obliuio
ni: ꝛ mediāte etiā ea homo pcipit ꝛ scit ꝓpter q̄ quis
debeat remunerari/ ꝛ ꝓpter que nichillominus est in
hoc seculo vel alio puniendus. ¶ Salutis humane
amator deꝰ. tam chara est tibi rationalis potētia: ꝙ
tu ostēdisti toti humano generi/ illā ab vnoquoq̄ eē
ꝓ suis viribus amplectendā: quia vt tu redimeres a
peccato primi parentis/ illā speciē humanā quā ra=
tionali potētia decorasti: voluisti ꝑ eadē specie car=
nem humanā assumere/ pati diuersa flagella/ ꝛ subi=
re finaliter dirā mortē. ¶ Creator omniū visibiliū et
inuisibiliū deus: tibi flectat celestiū et terrestriū om=
ne genu. quia sicut tu ordinasti vt firmamētū mouea
tur et voluat duobus axibus/ quoꝝ vnꝰ est a parte se
ptētrionali/ alter vero a parte meridionali: sic sunt or
dinati homines inter duas vias ad habēdū liberam
voluntatē/ quarū prima est via bonoꝝ operū / secūda
vero maloꝝ. ¶ Unde benedictus sis tu celestis pa=
ter. quia rōne istarū duarū viarū/ in q̄bus constitui=
sti hominē: fit ꝯtrarietas īter potētiā rationalē/ ꝛ po=
tentiā sensitiuā. ¶ Unde semp quādo potētia ratio
nalis prebet morū homī vt bonū operet: cōtrariatur
ei potentia sensitiua q̄ mouet ipsum ad operādū ma
lum: et similiter quādo potētia sensitiua vult homi=
nē totaliter trahere ad partem suam/ resistit et cōtra=
riatur illi scinderasis: id est scintilla potētie rationa=
lis. ¶ Rex magnifice omniū tuoꝝ hostiū triumpha
tor: tibi cognoscatur omnis sapiētia ꝛ sciētia / et mi=
chi vasi criminū oīs stultitia et ignorātia. quia sicut
nequā p̄nceps submittit se vilibus hominibus/ ꝛ ta
quis cōsilijs/ ꝛ postponit totā intentionem suam et
discretionem/ assumēs alienū velle ꝓ suo/ qđ est sibi
damniferū: sic fuit hactenus de me qui semp credidi
falsis et pūersis cōsilijs potētie sensitiue/ dimittēs sa
lubria cōsilia potentie rationalis. ¶ Unde cū tu dñe
deus venisti in hunc mūdum ad liberandum et redi=
mendū humanā speciem a peccato originali: te hu=
militer flebilibus oculis oro/ vt digneris protegere et

eripere meam rationalē potentiā a captiuitate sue seruitute/in qua fuit ꝑ longū tempus sub potētia sensitiua. et vt deinde (sicut decet) sit sensitiua potentia rationali potentie subdita/quēadmodū tu in corpore cuiuslibet (in creationis sue principio) ordinasti. ¶ Redemptor mūdi deus. quis est ille cui nō patet ꝙ maxima miseria que sit in hoc mūdo et de quo maxime est indignādū: est habere crudelē dominū ꝛ malignū/q̇ nō cognoscit seruitiū sibi factū. vnde cū potētia sensitiua sit crudelissimus et peruersissim⁹ dñs quem quis possit habere in hoc mundo: te deuota mente oro vt subtrahas me et eripias a suo dominio/ꝛ a sui seruitij potestate: ꝛ ꝙ subdas me seruitio potentie rationalis cui affecto posthac corde et animo famulari. ¶ Conseruator bonoꝝ deus: benedicta sit tua mirabilis ordinatio. q̇a tu ordinasti aptissime ꝙ omnis creatura tā visibilis q̄ȝ inuisibilis seruet naturā suā. vnde tu ordinasti ꝙ animalia irrationabilia nō postponant hoc qȝ naturaliter inest eis/ neqȝ nobilitētur ratione qua soli hoīes decorant. Unde cū homines vilipendāt rationalē potētiā/ ita ꝙ faciant eā seruā potētie sensitiue atqȝ submissam: ꝛ ego sim vnus illoꝝ/q̇ hucusqȝ hoc idē fecerim: merito debeo reprehendi/tanq̄ȝ ille q̇ ordinationē abijcit et inordinationē erigit et exaltat. ¶ Sed istud est valde mirabile: quia bruta animalia seruant cursum sue nature/ī quo tu illa creasti: ꝛ ego qui sum animal rationale postposui ordinationē nature mee/ in qua tu pater piissime me creasti/et amplexus sum inordinationē derelinquens ordinatōnē qua me decoraueras sancte deus.

¶ Qualiter deus ordinauit in homine potentiam motiuam.

DEus qui mentes hominū erigis ad virtutes: benedicta sit tua sancta essentia. quia tibi placuit ordinare ꝙ sicut potentia imaginatiua est in humano corpore mot⁹ remotior: sic potentia motiua sit in eo motus ꝓpinquior. ¶ Causa quare potētia imaginatiua est in homine remotior mot⁹ / est ista: quia sensibilia ꝑueniūt in eam anteq̄ȝ ꝑueniāt in potētiā rationalē: ꝛ quādo ꝑuenerūt in imaginatiuā/postea ipa offert ꝛ p̄sentat illa potentie rationali. ¶ Causa etiā quare potētia motiua est ꝓpinquior motus in homine est hec: q̇a statim vbi imaginatiua obtulit sensibilia potētie rationali/ratiōalis p̄cipit motiue ꝙ moueat se et deducat in actū hoc qȝ est in potentia. ¶ Sancte ꝛ immortalis de⁹: benedicta sit tua sctā essentia. q̇a tu ordinasti in homīe ꝙ ipse habeat quoddā mediū īter remotiorem motum (qui est in eo) ꝛ ꝓpinquiorem: qȝ mediū est potētia rationalis. vnde ꝓpter hoc medium est homo melioris dispositiōis q̄ȝ aliquod aliud animal. ¶ Quare ob hoc ꝙ bruta animalia nō habent mediū inter remotiorē motū/ꝛ ꝓpiorē sicut homines: nesciūt discernere inter bonū et malū: nec est mirū cū ipa careant rōnali potētia ꝑ quā solā q̇s percipit ea q̇ bona sunt/ ꝛ ea q̇ mala sunt. Nam qū contingit ꝙ remotior motus ꝑueniat ad ꝓpiorē motū / ita ꝙ nō est inter ipas aliqȝ mediū: nullo mō intellectualia possunt intelligi siue ꝑcipi a sensualib⁹. nam intellectualia nequeūt ꝑcipi nisi solū a potētia rationali. ¶ Deus firmū fideliū fundamētū: tu ordinasti ꝙ potētia motiua sit serua ꝛ famula potētie rōnalis. Quare ꝓpter hoc ꝙ potentia motiua est serua ꝛ subdita rationali: nequit oꝑari/nec deducere in actū quicq̇d est in potentia donec potentia rationalis ei p̄cipiat/ discernat/atqȝ preuideat: vtrū sit ratiōi cōsonū ꝙ deueniat ad actū/an nō. ¶ Unde vbi potētia rationalis discreuit ꝛ p̄uidit secū/vtrū talis res debeat venire ad actum aut nō: si sibi fuerit visum rationabile vt deueniat ad actū/tūc ipa p̄cipit motiue vt moueat se et deducat in actū hoc qȝ est in potētia/ ꝛ tunc venit in esse actus motiue potētie ꝓpter coactionē quam agit potentia rationalis in motiuā. ¶ Deus q̇ emittis lumen sancti spiritus iustis corde: valde est mirabilis ordinatio/quā tu posuisti ī homīe. quia homo iustus qui vult incedere ꝑ ordinationē quā tu posuisti generaliter in quolibet corpore humano: semꝑ p̄meditat et discernit secum vtrū illud sit rationabile/ qȝ ipe vult agere aut nō. ꝛ nullo modo remotior motus potest ꝑuenire ad ꝓpiorē: donec mediū qȝ est inter ambos p̄uiderit hoc qȝ ipsum discreuit vtrū sit ꝯsonū ratiōi ꝙ deueniat ad actū/ aut nō. Unde ꝓpter ordinationē p̄dictā quā homo iustus sequitur in oībus factis suis: cōtingit ꝙ sapiētes anteq̄ȝ aliq̇d faciāt id preuiderint/ vtrū scilicet illud qȝ voluerint facere sit ratōnabile vt fiat/an nō. ¶ Et si cōtingat a sapiente aliqȝ bonū esse preuisum: tūc potētia rationalis ꝑcipit ꝙ vtilitas sequitur ex illo bono/ ꝛ imediate vult ꝙ illud bonū deducat ad actū. at vero quādo accidit sapientē imaginari aliqȝ malū/ita ꝙ illȝ eēt damnosum si duceret ad actū: tūc potentia rationalis p̄cipit motiue vt nō ducat illud in actū. ¶ Infinite bonitatis de⁹ /benedicta sit tua sancta ordinatio: quia sicut sapiens incedit ordinate ꝑ ordinationem quā tu posuisti in quolibet corpore humano: sic stultus ꝛ indiscretus recedit deuiās ab illa ordinatōne. quia quādo aliq̇s stultus imaginatur aliq̇d facere/ anteq̄ȝ illud offerat potētie rationali/ꝛ priusq̄ȝ rationalis potētia illud discernat aut iudicet bonū ne sit aut nō: imaginatur ꝑuenire ad motiuā potētiā non oblato eo/nec representato rationali potētie. Et ꝓpter hoc ꝙ homo leuis in motu vtitur tali inordinatione scelerata in factis suis: fere quicq̇d ipse facit/facit brutaliter a casu ꝛ fortuna/nō habens respectum

ad bonū siue ad malū. ¶Item alio mō contingit ꝙ
homo peruersus ⁊ inordinatus/ vtitͬ inordinatione
in factis suis. nam sepe accidit ꝙ homo inordinatus
imaginetur q̄dam que sibi bona forēt et vtilia/ si ipse
illa ageret: ⁊ tunc ita accidit ꝙ potentia imaginatiua
offert imaginationē illarū rerū potētie rōnali/ ⁊ imē=
diate rationalis notat ⁊ ostēdit ei ꝙ bonū esset illi ac
vtile/ si illa faceret. tamē homo ruralis cui ista ratio=
nalis inest/ nō vult ei credere/ nec deducit in actū illa
que visa sibi fuerunt bona/ si ad actū deducerentur.
et hoc cōtingit homini: q̄a submittit potentiā ratio=
nalem sensitiue. et ideo ratione talis submissionis ⁊
seruitutis: rōnalis nō habet posse ꝙ p̄cipiat motiue/
vt deducat i actū illud qđ est ab ea imaginatū: ⁊ hoc
modo remanet bonū nō deductū ad actū: licet ima=
ginatū fuerit ⁊ etiā figuratum. ¶Fortitudo fragiliū
deus: oēs pariter deuotas laudes tuo nomī tribua=
mus. quia tu ꝓpter tuam bonitatē ordinasti/ ꝙ po=
tentia motiua quādoq̄ velit q̄dā ad actū deducere/ ⁊
interdū abomiētur totaliter illa ꝑficere ita vt ea nul=
lo modo compleat. ¶Unde benedictus sis tu cele=
stis pater/ q̄ ita apte ordinasti humanū corpus. nam
queadmodū tu ordīasti hominē ⁊ honorasti pre om=
nib⁹ creaturis: sic voluisti ꝙ potētia motiua q̄ est ī eo
haberet maiorē affectū deducēdo aliq̄ in actū/ vel ꝓ
hibendo ne vllo modo ꝑducātur/ q̄ꝫ aliqua alia potē
tia motiua q̄ est in alijs creaturis. ¶Et totū hoc ac=
cidit ꝓpter mediū qđ homo habet inter ꝓpiorē mo
torē et remotiorē. quia quando homo imaginatus
est aliquid/ et rationalis potentia discreuit illđ: tunc
si placeat homini vt fiat illud qđ imaginatus est/ ca=
dit in eo maior sollicitudo ⁊ cura vt illđ fiat/ q̄ꝫ cadat
in aīalibus irratiōabilib⁹/ quādo volūt deducere ad
actū hoc qđ imaginantͬ. quia in hoc ꝙ oīa informan=
tur et preuidentͬ/ sine cōparatione melius ab anima
hominis/ q̄ꝫ ab anima irrationalis aīalis: est magis
sollicitus ⁊ magis intētus homo/ in ducēdo ad actū
id qđ ipse vult ꝑducere: q̄ꝫ alie creature q̄ solū habēt
imaginatiuā potētiam. ¶Deus cuius sapiētie non
est numerus. tibi placuit ordinare ꝙ homo haberet
maiorē potestatē viuificādi vel mortificādi potētiā
sensitiuā q̄ꝫ aliquod aliorͬ animaliū. Quare in hoc ꝙ
remotior motor offert potētie rationali illud quod
imaginatur: ꝑficitͬ desideriū rei/ vel abominatio i po
tentia rationali: ⁊ ꝑ istam ꝑfectionē que fit in anima
hominis a potentia rationali: inest homini maior po=
testas viuificādi vel mortificandi hoc/ qđ ab ei⁹ sen=
sitiua sentitͬ/ q̄ꝫ animalibus brutis carētibus ratione:
illa q̄ sentiūt ratione sue potentie sensitiue. ¶Unde
ꝓpterea ꝙ homo habet maiorē potestatē viuificādi
vel mortificandi potētiā sensitiuā/ q̄ꝫ aliquod aliorū
animaliū: voluit homīes plus comedere ⁊ bibere/ vl'
minus/ q̄ꝫ natura corͬ exigat. et inde ꝙ animalia irra
tionalia nō possunt viuificare vl' mortificare potētiā

sensitiuā: sequitͬ ꝙ ipsa (vt potestis videre ꝑ experien
tiā de animalibus quadrupedibus/ de auib⁹ atq̄ de
piscibus) comedūt ⁊ bibūt ꝑ exigētia nature eorum.
¶Admirabile est q̄ꝫ plurimū dn̄e deus/ nomen tuū
in vniuersa t̄ra: ⁊ ideo sanctificetur et vsq̄ ad nubes
a quolibet exaltetur. quia tu q̄ nichil ignoras/ scis ꝙ
q̄ scienͬ peccat (licet peccet sepe ⁊ freq̄nter) est sibi val
de graue cū peccat: attamē ob id nō obstat quin ipse
peccet. vnde talis peccat ob eā causam ꝙ potētia ra
tionalis nō se mouet ad vincendā potentiam sensiti
uā. ¶Causa quare homo aggrauatur quando facit
peccatū est hec/ q̄a semꝑ synderesis q̄ est scintilla po=
tentie rationalis est ita excellētis virtutis/ ꝙ cōtēnit
q̄cq̄d viciosum est vel imūdū ⁊ semꝑ aggrauatͬ q̄n q̄d
illicitū fit ab homine. vnde ꝓpter hoc cadit displicē
tia peccati in homie/ quādo facit illđ. quapropter in
tali casu quādo rationalis precipit motiue/ ꝙ se mo
ueat ad faciendū peccatū semꝑ sibi p̄cipit istud con=
tra remurmuratōnē synderesis ex eo ꝙ nature sue cō
trariū est peccare. ¶Unde quādo potentia rationa=
lis iubet motiue ꝙ deducat peccatū i actū: iubet illđ
ꝓpterea ꝙ potētia sensitiua (que est radix a qua ꝓce
dit peccatū) predominatͬ potētie rationali/ q̄ ꝓpt fre
quentē ⁊ ꝯtinuā ordinationē subest illi vt famula et
ancilla. et hoc modo cōtingit ꝙ homies qui inuite
peccāt/ peccāt: licet peccare eis displiceat. ¶Uia ve
ritatis pater altissime q̄ꝫ plurimi pctōres sunt q̄ appe
tunt penitus posse sua peccata dimittere et adherere
virtutibus/ ⁊ quādoq̄ (imo frequenter) accidit ꝙ ipi
ꝓponūt crastina die se exuere a luto criminū/ ⁊ in cra
stino ipsi nō se exuūt/ sed ꝓponūt in sequēti die se to
taliter peccatis exuere/ ⁊ sic de crastino i crastinū dif=
ferunt facere penitētiā vsq̄ ad p̄occupationē mortis
et tūc ꝓtrahūt etiā ꝯfiteri. Et hec omīa cōtingūt eis
ꝓpter hoc ꝙ motiua potentia ꝯsueuit diu esse prom
ptior ad peccata q̄ꝫ ad virtutes. vnde ꝓpter diutur=
nitatem tēporis mouetͬ citius ad peccandū/ q̄ꝫ ad bo
na oꝑa faciendū. ¶Unde quia homo habet maiorē
et frequētiorē imaginationē ad operādū malū q̄ꝫ bo
nū: ideo captiuatͬ potētia rationalis potius ad mala
q̄ꝫ ad bona oꝑa exercēda: et quāto plus homo ꝑseue
rat sequi illicita/ tāto magis subditur ⁊ inclinatͬ mo
tiua potentia ad peccandū. ¶Potēs et misericors
dn̄e imortalis. tu ordinasti ꝑ tuā sanctissimā p̄uisio
nē: ꝙ gratia potentie motiue que est in homine: sit
homo potens esse mobilis atq̄ mutabilis de vno lo
co in aliū/ de vno oꝑe in aliud/ et de vicijs in v̄tutes:
vel etiā ecōuerso de virtutibus in vicia. Quare sine
ista motiua potentia nō posset mutari nec deduci in
actū hoc qđ est in potentia/ ⁊ si homo nō fuisset po
tens in istis: non potuisset esse ordinatus ad acq̄ren
dū meritū boni vel mali. ¶Gloriosissime deus cum
ego tāq̄ꝫ saluti cōtrarius transtulerim me de v̄tutib⁹
ad vicia/ ⁊ dimiserim miora mala ⁊ maiora subierim

atq; hec omnia michi contigerint ratione huius potetie motiue/qua sepius abusuo fui/et q̄ mouit me sine cōparatione ad ꝑpetrandū citius illicita q̄ꝫ licita: nullū aliud remediū habeo nisi humiliter postulare de cōmissis veniam a te deo.

¶Qualiter deus ordinauit in homine duas intentiones.

Deus q̄ per tuā misericordiā elapsos in peccā reparas ad v̄tutes: tibi laus ꝛ gloria sine fine. quia tu ordinasti mirabiliter in aptissima dispositione hominem/in hoc ꝙ dedisti ei duas intētiones/scilicet p̄mā et secundā: ꝛ ob hoc dedisti ei duas intentōnes/quia duo secula sunt in esse/scilicet istud presens et futurū. Unde benedictus sis tu pater ingenite: qui voluisti ꝙ prima hominis intentio sit in diligendo te/honorando/ꝛ tibi seruiendo: et in cognoscendo tuam maximā bonitatē. secūda vero intentio homīs est circa bona tēporalia huius vite/que ei in hoc seculo tribuitur ꝑpter merita prime intentionis. Et secūdū istam ꝑdictā ordinationē tu ordinasti ꝙ homines habeāt suam p̄mā intentionē dedicatā tuo seruitio ac honori. Et secūdā sollicitā ad habēdū sua necessaria ī hoc mūdo/ꝛ hāc secūdā dedisti vt sit eis causa vt fiant p̄me intētionis possessores. ¶Excellentissime domīe bonitatis fons. sicut tu creasti istū mūdū gratia alterius/ꝛ nequaq̄ꝫ alterū gratia istius: sic ordinasti ꝙ secūda intētio sit in hominib⁹ gratia p̄me ꝛ nō econuerso. ¶Unde ꝑpter hoc cōtingit ꝙ prima intentio est nobilior et dignior sine aliqua cōparatione q̄ꝫ secūda/et quia est dignior et nobilior/decet vt quicq̄d homo facit faciat gratia prime intentionis/ et vtinam ita esset: ¶Sed ve michi infelicissimo peccatori: qui hacten⁹ vixi ita inordinate/ꝙ totā p̄mā intētionē posui circa tēporalia saluti cōtraria/et circa miserias hui⁹ mūdi/meipsum ꝑspiciēs/et nō ad te. et erexi solū secundā intentionē ad te/ita ꝑuertēs totū iuris ordinem/postponensq; ꝑponenda: ac preponens postponēda. ¶Consolator deus corde tribulatorū. ratione ordinationis et inordinationis/que cadūt in homine ꝑpter duas sepe dictas intentiones: accidit ꝙ iusti viuūt ordinate/ et peccatores inordinate. nam iusti viuūt ob hoc ordinate/ꝙ totā suam p̄mā intentionem reddūt tibi/et secundā sibiipsis. peccatores autē omnino faciūt oppositū/in hoc ꝙ ipsi totā suam p̄mā intentionē ponūt circa sui dilectionē/et secūdā circa te. ¶Congrue ordinator deus. tu ordinasti mirabili ordinatione ꝙ paradysus sit locus eterne requiei/et glorie iustis ordinate viuentibus/q̄ ponūt totā p̄mā suā intentionē circa te et precepta tua: ꝛ ꝙ infernus sit locus ꝑpetue cōdēnationis peccatorib⁹/ qui ponūt p̄mā suā intentionē circa suā ꝑpriā dilectionē/et honorē q̄ attribuūt sibiipsis. ¶Dn̄e deus si q̄s velit cōsiderare istam ordinationē: ip̄e inueniet ꝙ mirabiliter ordinasti in humano corpore has duas intentiones. in hoc enim ꝙ tu voluisti et ordinasti vt secunda intētio sit in esse respectu p̄me/et nō econuerso: sequit̄ ꝙ infernus sit in eē/ad hoc vt sit paradysus/et nō paradysus vt sit infernus: cū paradisus sit prima intentione/infernus vero secūda. et ob hoc est ordinatū ꝙ illi qui te diligunt (sicut decet) p̄ma intentione sint possessores eterne beatitudinis paradysi/at si qui seipsos diligūt p̄ma intentione/ torqueant̄ penis ꝑpetuis in inferno. ꝛ istud ex eo sequit̄ ꝙ nos sumus in esse ꝑpter te et non econuerso. ¶O increata essentia diuina: tibi soli honor ꝛ reuerentia: quia tu ordinasti ꝙ sicut prima intentio est nobilior et dignior q̄ꝫ secūda: sic bonū sit nobilius et dignius q̄ꝫ malū. q̄a sicut secūda intētio est in esse respectu p̄me: sic malū est ad hoc vt bonū cognoscat̄/sed nō ecōuerso. q̄a bonū nō ꝑuenit in esse: ad hoc vt malū sit. ¶Unde benedictus sis tu dn̄e deus: quia ꝑpter hoc ꝙ bonum creatum est in nobilitate et dignitate/et malū in malicia ꝛ seruitute (est enī malū vt bonū sit in eē) sequit̄ ꝙ malū nō habet dignitatem in se nec aliquā bonitatē ꝑpter quā sit dignū vt sit creatū vel factū a te: sed solū venit in eē (te ꝑmittente) ratione culpe. Quare malū culpe nō potest oriri aut procedere seu deriuari nisi ab inordinatione: q̄ fit ꝑpter id ꝙ p̄ma intentio ponitur vbi deberet poni secunda/et secunda vbi prima. vnde ista inordinatio est radix a q̄ habuit originem ꝛ deriuationē peccatū: a qua oritur et ꝑcedit quottidie adhuc in illis: in quib⁹ est inordinatio prime et secūde intentionis. ¶Fons luminū de⁹: omia crimina et oīa mala q̄ facta sunt ab hominib⁹ in hoc mūdo: ꝑcesserunt et habuerūt originē ab hominib⁹ inordinatis in suis intentionibus scilicet in prima et secunda. ¶Nam si q̄s dn̄e deus diligit te et exaltat tuū nomē gloriosissimū ista intentiōe vt tu ei gloriā tribuas sempiternā: et vt ꝑtegas eū a gehēnalibus penis: tūc ip̄e diligit te secū da intentione/ ꝛ seipsum p̄ma. vnde quia ip̄e omnino cōtrariū opat̄/diligēs seipm̄ p̄ma intētione/et te verū deū secūda: postponit te quē debet ꝑponere/et ꝑponit seipm̄ quē debet postponere. ꝛ ꝑpter hoc est peccatū in actu/ꝛ reddunt̄ homies culpabiles ac merito puniēdi. ¶Item q̄ꝫplurimi homīes sunt inordinati ꝑpt has duas intentiones: rōne quarū homies inordinate diligūt tēporalia. quia cōplures diligūt magis alios vt possint ab eis aliq̄d habere de bonis eoꝝ/q̄ꝫ diligant eos ratione sui: aut quia ipsi merentur vt ab eis suis meritis diligant̄. quare talis amor falsus est ꝛ inordinatus: et hoc ratione duarū predictarū intentionū/ que sunt in ipsis inordinate. ¶Rex regū de⁹/et dn̄e dominātiū: sicut tu ordīasti ꝙ homo debeat te diligere

prima intentione et seipsum secũda: sic homines per se sunt effecti inordinati in hoc mũdo diligẽtes te secunda intẽtione: et seipsos prima: ac si regula iuris ordinatõis eẽt trãsmutata. ¶ Pater celestis expectãs peccatores ad penitẽtiam: sic deductũ est in cõsuetudinẽ a prauis hominibus vt diligãt te secũda intẽtione/ et seipsos prima: et ita statim pueri quãdo puenerũt ad etatem discretionis: imediate incipiũt seipsos plus diligere q̃ te deus: te itaq̃ diligunt secunda intentione/ et seipsos prima/ quod manifeste potest videri de quolibet qui congregat bona temporalia: vt valeat possidere voluptates huius seculi viciosas. ¶ Unde valde est mirandũ qualiter potest cadere in homine tanta inordinatio: vt vilissima et transitoria diligat prima intentione: et te qui es eternus rerum conditor/ et a cuius bonitatis fonte bona cuncta descendunt/ diligat secunda. quare proh dolor fere toti humano generi qd in tantã inordinationẽ brutalitẽ est elapsum. ¶ Dñe deus virtutum: q̃ plurimĩ sunt omnes modi inordinationis hominũ redarguendi: maxime autẽ hypocrite/ q̃ videnẽ ab alijs hominib⁹ prima faciete diligere p̃ma intentiõe/ cũ diligant te secunda. ¶ Alij autẽ sunt homines q̃ viuũt similiter inordinate: et hoꝝ inordinatio fere cõmunis est apd omnes. quia quasi omnes eodẽ morbo laborant/ et iam patent omnib⁹ facta eoꝝ. sed hypocrite credunt ab hominib⁹ esse boni: et meliores multo eis. at si bene fuerint renes eorũ scrutati/ deteriores in decuplo illis inuenietur in oĩbus factis suis. ¶ Et homines decipiuntur in eis generaliter ob hoc q̃ videnẽ eẽ ieiunantes/ vigilantes/ et pauperibus elemosynã erogantes: et etiã quãdoq̃ sunt in ipso actu faciẽdi bonũ pro vana gloria huius mũdi. vnde cũ deberẽt oĩa ista ꝑdicta facere respectu p̃me intẽtiõis: ipi faciũt respectu secũde (q̃ prima eoꝝ intentio est) vt possint in hoc mũdo ꝓboꝝ et sapientum a populo famã adipisci. ¶ Deus pacis et dilectiõis te humiliter oro: vt ꝑ tuã piissimã pietatem des michi gratiã vt icedã per viã prime intentionis: dũ vixero in miseria huius mũdi. Et vt valeã agere penitẽtiam de trãsgressiõe/ quam egi ꝑ tantũ tẽporis quo incessi ꝑ viam secũde intẽtionis/ tibi seruiẽs ꝑ eãdẽ et nõ ꝑ primã: que tuo tm̃ honori et seruitio deputaẽ. ¶ Item dñe humiliter te oro vt p̃stes michi gratiã vt nõ affectem eẽ possessor eterne glorie p̃ma intentiõe: sed secũda. quia sufficit michi indigno famulo tuo quoquo modo eẽ particeps eẽne beatitudinis paradysi. ¶ Ueritatis iudiciũ vere de⁹. maxima iiuria et maxima discõueniẽtia rationis/ q̃ sit in mũdo: est q̃ tu diligaris ab hominibus secũda intentione: et vt ipsi seipsos diligãt p̃ma. quia tu es creator noster qui de nichilo nos creasti/ et nos sumus a te creati: vt tibi imꝑpetuũ seruiam⁹/ a quo recepimus quicq̃d boni inest nobis. quapropter iustũ est et valde cõsonũ rationi/ vt tu diligaris ab hominibus prima intentione: et q̃ ipsi seipsos diligãt secunda/ ꝓut ratio exigit euidẽter. Nam omne ius/ omnis ratio/ et omnis eq̃tas exigit vt illud qd est omnipotens: habens in se omnẽ sapientiã/ et est eternũ: et infinitũ ac ꝑfectissimũ: debeat plus diligi et honorari sine aliquã comparatione: q̃ illud i quo hec oĩa deficiũt. ¶ Dñe deus sicut tu ꝓhibes marine trãscẽdat terminos quos tu sibi p̃fixisti: te suppliciter oro vt ꝓhibeas michi q̃ meipsum nõ diligam p̃ma intentione: sed te solũ deũ/ cui amor p̃me intentionis specialiter debet reddi. ¶ Innumerabilis sciẽtie deus. tu ordinasti q̃ homines possideant bona tẽporalia hac intentiõe/ vt ipis mediãtibus tibi valeãt seruire in hoc mũdo: et vt ipi vtentes illis bonis/ tibi reddãt primã intẽtionẽ: et sibiipis secũdã: vt ad eternam possint beatitudinẽ ꝑuenire. Unde illi qui eo modo procurãt bona tẽporalia et tali intentiõe: q̃cũq̃ ipi agũt circa acquisitionẽ ipoꝝ bonoꝝ; sunt eis ꝓficiẽtia ad salutem. ¶ Sed ve miseris peccatoribus. quia semper quãdo alia intẽtiõe (q̃ ista predicta) possidẽt ipa bona: semꝑ peccant mortaliter/ et edificãt ad gehennã. quare tuam misericordiã supplices oramus: vt tribuas nobis gratiam q̃ secũda intẽtiõe (vt decet) diligamus bona tẽporalia: et prima te imortalẽ et omnipotentem dominum.

¶ Qualiter deus ordinauit hominem inter duos motus.

DEus auctor pacis et cõcordie: exaltetẽ nomen tuũ gloriosissimũ in excelsis. tu enĩ ordinasti hominẽ iter duos motus/ scilicet inter p̃mũ et secũdũ/ quorũ primus deriuaẽ et oriẽ a re existente in eẽ: secũdus ꝓcedit a nõ esse. Unde quoniã primus motus deriuaẽ et procedit a re existente in esse: iccirco quãdocũq̃ homo moueẽ ad faciendũ aliq̃d secũdũ naturã primi motus/ semꝑ mouetur ad faciendũ bonũ. cũ vero secũdus motus deriueẽ et ꝓcedat a re nõ existente in esse: ob hoc quando homo mouetur ad faciendũ q̇cq̃ secũdũ naturã secundi motus: semꝑ mouetur ad faciendũ malum. ¶ Ista ordinatio cõtingit homĩ: quia venit de nõ eẽ in eẽ. vnde quãdo ipe oꝑatur bonũ: semꝑ moueẽ primo motu/ qui est ꝓpinquus eẽ humano: et distat valde a nõ eẽ ipsius. et cũ non esse sit malũ: semꝑ quãdo homo oꝑatur malũ: est actor ipsius/ ratione secundi motus qui est ꝓpinquus p̃uationi: et valde distat ab omni esse. ¶ Dñe deus q̇ ad humilitatẽ cordis respicis. tu ordinasti q̃ motus eẽt tanq̃ priuatio rei existentis eẽt. quia in hoc q̃ creasti hominẽ vt ipe bene ageret: et quia post creationẽ suã cecidit peccatũ i hominẽ accidẽtaliter. ꝓbatur q̃ citius fuit in homĩe bonũ q̃ malũ. q̃a citius fuit in eẽ/ qd quidẽ eẽ est bonũ

homini q̄ȝ in peccato qđ est sibi malū. ¶Quare secū
dum hoc ꝓbatur ꝙ citius fuit in hoīe bonū q̄ȝ malū.
et quia bonū in eo fuit peius q̄ȝ malū: cōsonum est ra
tioni vt bonū vocet̃ primꝰ motus: ⁊ malū secūdꝰ. q̄a
primus motꝰ qui fuit in hoīe / fuit bonū: ⁊ secūdꝰ fuit
malum. ¶Unde q̄a bonū fuit citius ī hoīe q̄ȝ malū:
ob hoc est primus motus in homine accidēs insepa
rabile / ⁊ secūdus scilicet malū est sibi accidēs separa-
bile. ⁊ ꝓpter hoc quādo homo mouet̃ ad faciendum
bonū: mouetur scđm naturā rei q̄ est esse possidēs. et
quādo mouet̃ ad faciendū malū: mouet̃ ad illud fa-
ciendū secūdū naturā rei carentis esse: ⁊ ideo sequit̃
ꝙ bonū deriuat̃ ⁊ oritur a re existēte ī esse. malū vero
a re carēti esse ꝑ oppositionē rectā. ¶Exauditor iu-
starum precū deus: sicut tu exaltasti / decorasti / ⁊ nobi
litasti veritatē: ⁊ nō falsitatē: sic ordinasti ꝙ primus
motus exaltetur ⁊ nobilitet̃ super secūdū. quia sicut
falsitas est ad hoc vt per ipm̄ veritas cognoscat̃: sic
secūdus motꝰ est ad hoc vt primi motus bonitas co
gnoscatur ⁊ sciatur. ¶Et ꝓpter hoc ꝙ falsitas est vt
veritas cognoscatur: ⁊ secundus motꝰ est vt primus
denotet̃: est ordinatū a te vt primus motus ⁊ veritas
sint eiusdē nature / ⁊ habeāt adinuicē eandē cōueniē
tiam ꝓprietatū. ⁊ eandē naturam ⁊ cōuenientiā pro
prietatū / habent inter se secundus motus ⁊ falsitas.
vnde quādo homo mouet̃ ab extrinseco ad agendū
tibi laudes ⁊ reuerētias debitas: tūc ipse mouet̃ mo-
tu primi motus q̄ incedit ꝑ viā veritatis. quia causa
quare tu creasti hominē hec est: vt tibi imꝑpetuū lau
des daret. vnde veritas exigit ꝙ homo debeat tibi sem
per laudes ipendere et seruire. ¶Sed quādo homo
mouetur ad diligendū seipm̄ vel aliū plus q̄ȝ te deū:
tunc ipse mouet̃ secūdo motu q̄ incedit ꝑ viā falsita-
tis. quia tu nō creasti hoīem ad hoc vt diligat se vel
alium plus q̄ȝ te. si igit̃ homo moueatur hoc secūdo
motu: motus suus cōsistit in duobꝰ: scilicet in priua-
tione ⁊ falsitate. in ꝓuatione cōsistit: eo ꝙ amor suus
procedit ⁊ deriuat̃ a nichilo cū homo nō sit creatus
vt plus seipm̄ diligat q̄ȝ te. in falsitate cōsistit: in hoc
ꝙ nō est veritas / nec cōsonum rationi ꝙ plus debeat
seipsum diligere q̄ȝ te deū. ¶Unica spes salutis hu-
mane deus. sicut tu es vnus in essentia ⁊ trinꝰ in ꝑso
nis: sic placuit tibi ordinare ꝙ quādo homo mouet̃
primo motu / moueat̃ circa dilectionē triū / scilicet cir
ca dilectionē tui prius. secūdario suiipsiꝰ. ⁊ tertio sui
proximi. ¶Unde cū homo mouet̃ ad diligēdum te
causa tue bonitatis: tūc est verax motus suus. ⁊ cum
mouetur similiter ad diligendū seipm̄ / vt tibi valeat
seruire: tūc similiter mouerur veraci motu. ¶Et q̄n
quis mouetur ad diligendū ꝓximū suū respectu ⁊ in
tuitu tui deus: tūc a simili mouetur q̄s ꝓmo motu q̄
incedit ꝑ viā similiter veritatis. ¶Misericors ⁊ sua
uis dn̄e: q̄n homo mouet̃ secūdo motu oportet eum
moueri tribus viis. quia prius ipse mouetur ad ino-
bedientiā tuorꝫ preceptorꝫ / aut ꝙ sibiipi iniuriet̃ / aut
suo proximo. vnde si mouetur cōtra obedientiā tuo-
tum preceptorꝫ: oportet eū esse oblitū ⁊ ignorantem
tuā maximā bonitatem / ⁊ ceteras virtutes tuas. ⁊ ta
lis motꝰ est vanus ⁊ irrationabilis / ⁊ habet respectū
ad non esse / ad falsitatē / malū / ⁊ culpam ¶Et si ho-
mo mouerit se ad diligendū seipsum ꝓma intētione
ita vt cupiat possidere vanas huius seculi volupta-
tes: tunc ipse mouet̃ secūdo motu / qui respicit ad nō
esse. q̄a homo nō est in esse ad hoc vt debeat ponere
primam intētionē ī diligēdo seipsum: sed te dominū
deum nostrū. ⁊ ille motus est ꝓpter sui naturā falsissi
mus / mēdax / vanus / ⁊ plenꝰ omni crimine atq̄ȝ cul
pa. ¶Item similiter si homo mouerit se ad habēdū
odio suū ꝓximū: tunc ipse mouetur secūdo motu: eo
ꝙ homo non est in esse vt habeat odio suū ꝓximum
vel iniurietur ei. quare talis motꝰ habet respectū ad
non esse ex eo ꝙ habet falsam intētionē / in hoc ꝙ ipe
non est in esse vt in se habeat talē intentionē cōtra ꝓ
ximum suū: imo est ī esse vt diligat illū sicut seipsum /
volēs ei ꝓdesse sicut sibiipsi. ¶Sūme claritatis spe-
culum vere deꝰ. sicut tu ordinasti quatuor elementa /
ita vt duo illorū sint superius ascendētia ꝓpter sui le
uitatē: ⁊ alia duo descendāt inferiꝰ ⁊ centrū appetāt
propter sui pōderositatē: sic ordinasti ꝙ homo ascen
dat ad te ꝑ primū motū / ⁊ descendat ꝑ tuā iusticiā in
abissum ꝑ secūdū. ¶Et sicut duo leuia elemēta ascē
dunt naturaliter superius ꝓpter sui leuitatē quā tu
eis appropriasti: sic hoīes ascēdētes ad te ꝑ ꝓmū mo
tum ascēdūt ad te ꝑ gratiā quā appropriasti ꝓmo mo
tui / q̄ gratia ꝓuenit ex ꝑte esse qđ nō est in ꝓuatione
¶Et sicut alia duo elemēta descendūt naturaliter in
ferius et appetūt centrū ratione sue ponderositatis:
sic hoīes descendētes ad iferos descendūt illuc ꝓpt̃
naturā secundi motus q̄ ꝓuatur tua gratia in hoc ꝙ
est de natura priuationis et nō esse. ¶Deꝰ retentius
anchora nostri portꝰ. tu ordinasti ꝑ tuā miām ꝙ quā
docunq̄ȝ q̄s mouet̃ ꝓmo motu: semꝑ moueat̃ secūdū
essentialē naturā ꝑticipantē gratiā et benedictionē.
et ordinasti ꝙ q̄n q̄s mouet̃ secūdo motu: moueatur
semꝑ motu accidentali ꝑticipanti defectum gratie ⁊
priuationē benedictionis cōiūcta simul cum natura
non essendi. ¶Causa quare ꝓmus motꝰ quo homo
mouet̃ / est motꝰ naturalis homini / est hec: q̄a homo
est creatus ⁊ factꝰ ad hoc vt faciat bona. vnde q̄n ho
mo operat̃ bonū ipse mouet̃ ad faciendū illud bonū
ratione motꝰ naturalis causa cuius ipse creatus est.
¶Et causa quare secūdus motꝰ quo mouet̃ homo
ad faciendū malū / est motus accidētalis / est hec: q̄a
homo facit illud ⁊ seq̄tur qđ nō est illius nature cuꝰ
est humanū esse / imo est cōtrariū ei. q̄a est de natura
non essendi. ¶Gloria ⁊ honor sit tibi dn̄e deus: qui
omnia aptissime ordinasti. q̄a si homo mouet̃ ꝓmo
motu ad peccandū nō mouet̃ ad illud ꝓpter aliquā

ta ab omnibus generaliter benedicatur incessabili-
ter et laudetur:atq̃ȝ pro ipso non dubitemꝰ consimi
lia sustinere. ¶ Veracissime dñe salus nostra/q̃ȝ faci
le est nobis dicere/⁊ verbotenus confiteri:ꝙ propter
te omnia aspera patiamur:sed istud est nobis ad actū
ducere valde durum:⁊ a voluntate nostra penitꝰ alie-
num. ¶ Benedicta sit dñe deꝰ:tua sanctissima essen
tia.quia tu dedisti gratiā ⁊ potestatem/tuo filio glo
rioso: ꝙ ita esset sibi leue et facile pati penas/ sicut et
dicere.quia nos in die tui obitus ita tenerrime dile-
xisti:ꝙ pati mortē ⁊ ceteras passiones/fuit tibi valde
gratum et amenū ¶ Domine iesu christe ob id/quia
oportunum fuit per sanctissimā passionem tuam q̃ȝ
plurimos recreari.decēs et rationabile fuit tuū cor-
pus esse subditum diuersis penis et passionibus in
hoc mūdo/et vt mors tua esset valde anxia ⁊ amara.
quia sicut per mortem tuam debebant q̃ȝplures ho-
mines recreari:sic debebant adesse morti tue diuer-
sa supplicia et tormenta. ¶ Eterne domine qui vt p̄-
sentia cūcta vides:tibi laus et benedictio. quia sicut
in primo homine fuit corrupta humana natura ⁊ to
taliter viciata propter concupiscentiam temporaliū
voluptatum:sic domine fuit congruū rationi/ ꝙ hu-
mana natura recrearetur per patientiam et toleran-
tiam anxietatum/dolorum/amaritudinum/⁊ labo-
rum. ¶ Tu solus altissime iesu christe : voluisti hu-
manam speciem recreare.⁊ causa quare tu ipse solus
eam voluisti recreare est ista:vt significaretur ꝙ sicut
creare per tuam bonitatem hominem oportuit tuā
diuitatem:sic ipsum a te oportuit recreari/q̄ in deitate
et humanitate simul es vnitus. ¶ Amarissimi dolo
res:⁊ grauissimi labores quos tu pro nobis in hoc
seculo tolerasti: manifestant nostram recreationem
tibi fuisse valde amabilem ⁊ nobis valde necessariā
ad salutem.quia quanto plura ⁊ maiora fuerunt tua
cruciamina seu tormenta:tanto maiorem dilectionē
habuisti ad humanam speciem recreandam. ¶ Po
tentissime dñe qui non derelinquis in tua misericor-
dia confidentes/sicut totus mundus fuit corruptus
propter peccatum hominis prothoplasti:sic cōgruū
fuit ꝙ ille qui necessario esse debuit recreator/e͞e͞t ho
mo pariter atq̃ȝ deus.quia mundus recreari nullate
nus potuisset:nisi per essentiam/ que deꝰ esset simul
atq̃ȝ homo. ¶ Causa quare oportuit recreatorē mun
di esse diuinum est ista.quia homo per se non posset
habere tantam dignitatem vel virtutem.vt ad recre
andum mundum esset sufficiēs.nam sicut aliud pre-
ter te deus non potest habere dignitatē creandi mū-
dum:sic nichil aliud preter tuam deitatem recreandi
mundum potestatem habuit aut dignitatē. ¶ Cau-
sa quare congruum fuit recreatorem mundi esse ho-
minem est hec.quia cum doloribus/laboribus / an-
gustiis/⁊ morte finaliter: mundum oportunum fuit
recreari.vnde cum ista predicta in tua nequeant ca-
dere deitate:congruum fuit vt humanitati tua dei-
tas vniretur:in qua esset illa causa efficacissima cur
humanum genꝰ congruum fuit recreari. quare tua
diuina essentia pater omnipotens exaltetur . q̃a nisi
(vt predixi)hūanitati tua deitas vniretur : sustinuis-
se labores/angustias/⁊ dolores:ac tandem mortem
nullatenus tua humanitas potuisset. que omnia su
stinuit propter vnionē quā habuit cum tua gloriosis
sima deitate. ¶ Dulcis domine ⁊ suauis:sicut granū
tritici non potest pullulare/ neq̃ȝ multiplicari donec
in terra mortificatum fuerit et etiam corruptum/et a
forma sua totaliter spoliatum. sic congruū fuit ꝙ cor
pus tuum esset mortificatum:ac diuersis penis ⁊ pas
sionibus afflictum: vt nobis salutiferum fructū fer
ret:⁊ nobis eternam paradysi beatitudinē tribueret.
¶ Nemo posset existimare fructum gratiosum et sa
lubrem:qui nobis affuit ratione passionis tui corpo
ris.quia tua sancta passio non solum humanam spe
ciem restaurauit:verū ⁊ quecunq̃ȝ in hoc seculo sunt
creata.nam nisi homo fuisset recreatꝰ omnia q̄ sunt
facta ad seruitium hominis inordinata existerent in
hoc mūdo.vnde propter ordinationem ad quā fuit
reuersus homo propter recreationē tui dñi iesu chri
sti:omnia que sunt creata/ordinationem ad seruitiū
hominis resumpserunt. ¶ Deus cuius magnitudo
omnibus dñatur.sicut strenuus miles propter suam
probitatem ⁊ audaciam quando est in bello multa
vulnera recipit atq̃ȝ ictꝰ/⁊ hoc vt suos supare valeat
inimicos:sic domine vt peccatum primi hominis cō
grue deleret oportunū fuit tuum corpus pati in hoc
seculo q̃ȝplures amarissimas passiones / et grauiter
vulnerari. ¶ Domine iesu christe non modo tuū cor
pus beatissimum diuersas fuit passum in hoc seculo
passiones et tormenta ob peccatum hominis ꝓtho
plasti:verum propter vniuersos quorū extitit ille pri
mus pater. ¶ Tuum preterea corpus misericors do
mine/non solum fuit passum atq̃ȝ flagellatū / ꝑpter
illos qui ipsum confixerunt:⁊ qui ipsum finaliter oc
ciderunt:imo propter omnes illos qui te in hoc secu
lo deriserunt:atq̃ȝ omnimode contempserunt/et pro
pter eos maxime qui non recognouerunt tibi amorē
seu gratiam quam eis vt misericors tribuisti propter
quos tuum corpus morti finaliter tradidisti ¶ Iusto
rum precum exauditor dñe/sicut tu mortificasti tuū
corpus gloriosissimum:vt nos perpetuo viueremus:
sic peccatis nostris exigentibus nos mortificamus
quotidie carnem nostram:vt anime nostre peccatis
perpetuo moriantur. ¶ Dñe iesu christe sicut feruor

maximi amoris/quem hūano generi habuisti/ fuit causa efficacissima tue mortis:sic per contrarium q̇libet vsq̧adeo seipsum diligit ꝙ propter timorē mortis qui inest vnicuiq̧ conatur toto posse suo/viuificare corpus proprium quantūcunq̧ valet in hoc mundō. vnde in tātum curamus ꝛ sumus solliciti nostris corporibus dare vitam:ꝙ mortificamus nostras animas in peccatis. ¶ Cū amor fuerit causa tui obitus amor vero quem nos nobisipsis habemus sit causa et occasio viuificationis nostrorum corporum:quando erit dies illa qua noster appetitus ꝛ desideriū trāsmutentur/ ita ꝙ si nunc desideramus viuere propter bona temporalia possidenda/tunc desiderem⁹ mori propter cultum tui nominis ampliandum. ¶ Gloriosissime orbis rector/si forte aliquis ignorat amaras huius seculi passiones te in ligno crucis aspiciat crucifixum:quia ibi videre poterit cognoscere ꝛ percipere multiplicia malorum ꝛ pestium genera/ q̄ humanum corpus pati queat in hoc mundo. ¶ Si iterum est aliquis forsitan qui amore careat/patientia/deuotione/spe/humilitate/continentia/iusticia/misericordia/ac veritate:in cruce respiciat te suspensum quia omnes istas virtutes:ꝛ q̄plures alias in te poterit speculari. ¶ Non est mirandum si illi ignorant labores/dolores/ꝛ angustias huius mūdi: qui te in cruce non intuentur confixum/ꝛ qui non percipiunt quid in cruce tua salutifera designatur. nec est mirandum etiam si illi virtutes totaliter perdiderint:q̇ eas non imaginantur et cernunt in te domino crucifixo. ¶ Dñe deus qui comples opere:quecūq̧ pollicitus es sermone. sicut tu lignum crucis q̄plurimum honorasti quando in ipsa humanam speciem recreasti: sic per tuam clementiam honora ꝛ adorna humana corda taliter: vt sint valde calefacta in amore tui domini iesu christi: ꝛ vt semper habeant in memoria tuam beatissimam passionem. ¶ Cū ergo misericors domine/tu nos in ligno sancte crucis per tuā recreaueris passionem clementer ꝛ suppliciter te rogam⁹: ꝙ in hac valle mundi miserie nos protegas ab insidiis inimici:vt post vitam huius seculi ad felicitatē possimus eterne beatitudinis peruenire. ¶ Flexis genibus ego seruus tuus humiliter tuam misericordiam imploro/ꝙ sicut dedisti michi gratiam complēdi hanc presentem distinctionem:sic des michi gratiam complendi ceteras subsequentes. quia tam preterite q̄ future omnes sunt ad laudem et gloriam tui deus.

¶ Incipit decimatertia distinctio in qua tractatur de voluntate diuina.

¶ Qualiter omnia bona procedunt a voluntate diuina.

DEus qui non claudis vere te inuocātibus aures tuas: tibi lau s ꝛ gloria īpēdatur. qui diuisisti ī hoc seculo omnia bona in duas ptes:scilicet in primum bonum ꝛ secūdum. vnde p̄mū et summum bonum/est tua benedicta essentia:ꝛ quecunq̧ ad tuarum virtutum ptinēt dignitatem:secundum ꝛ infimum bonum est nostrū esse:ꝛ omnia alia que in eius cedunt vtilitatem/commodum/et honorem. ¶ Domine deus/tu approbasti primo ꝛ summo bono laudem/amorem/reuerentiam/atq̧ honorem:quia omnia ista debēt attribui tue excellentie bonitatis. ¶ Domine deus/ex voluntate tua procedit vt homines tibi seruiant/te adorēt metuant/atq̧ laudent:eo ꝙ tu bonorum nostrorum omnium es amator. ꝛ maxima vtilitas accidit nobis ex impensione tui seruitij/ꝛ honoris. ¶ De⁹ omnia presciens ab eterno/sicut tu es summa bonitas sic oportet ꝙ tu malis summa bona/ q̄ infima. ergo illa bona que ordinate procedunt a voluntate p aspectum prime intentionis:deberent magis appeti q̄ illa que per aspectum secunde intentionis in hoc seculo appetuntur. quia sunt sine comparatione aliqua meliora. ¶ Unde cum bona que nos possidem⁹ sint minora:ꝛ virtutes que sunt in te maiora: non est dignū neq̧ consonum rationi vt tu velis eque bonum nostrum/sicut ꝛ tuū. ¶ Propter hoc quia bona tua excedunt sine comparatione aliqua bona nostra: subduntur bonis tuis merito bona nostra. vnde propter id sequit̃ ꝙ bona tua debeāt appeti per aspectū prime intentionis:ꝛ bona nostra per aspectum secunde. ¶ Tibi dñe de⁹ omnis laus ꝛ reuerentia tribuatur. quia sicut bona tua excedunt bona nostra ꝑpter eternitatem. sunt enim bona tua eterna / non habentia principium neq̧ finem: ꝛ bona nostra habent principium prout patet:sic est decens vt velis multo magis ꝙ tua bona maxima/ab hominibus cognoscantur q̄ bona tribuantur que nos agimus nobisipsis. quia omnia bona solo debent attribui tibi creatori. ¶ Quia in eo ꝙ bona humana habent principium et de facili alterantur ꝛ in quolibet finitantur: nō est rationabile ꝙ intantum debeant appeti ab aliquo sicut bona tua diuina que carent principio atq̧ fine et non possunt vllatenus finiri neq̧ alterari. ¶ Cum tua bona presint domine bonis nostris/et actum habeant super ipsa: propterea quicquid creare placuit tibi deo/totum voluisti creare magis ad honorē tuorum bonorum: q̄ ad rerum commodum creatarum. quare bona nostra tunc augmentantur/ quādo nos plus diligimus bona tua / et illis maiorem attribuimus reuerentiam et honorem: q̄ his que cedunt ad

nostram reuerentiam atqȝ laudem/quia tu cum bonis tuis idem es. ¶ Domine iesu christe qui humanũ genus a morte ꝑpetua liberasti:tue voluntati iustissime/omnis laus et benedictio tribuatur. quia in hoc ꝙ tu es ꝑfectissimus sine aliquo defectu: oportet ex voluntate tua procedere omne bonũ/ et virtutem omnẽ. quia quicquid est dignũ a tua prodire voluntate:oportet te illð velle ꝓcedere ab eadẽ. ⁊ ꝙcꝙd nõ est dignũ a tua ꝓcedere voluntate:rationabile est vt nullatenus ab ea procedat. ¶ Tue voluntati laudabili omnis honor et reuerentia tribuatur. quia propter maximam bonitatem que inest tibi: oportet eẽ tue volũtati propriũ velle vt sint in esse/quecũqȝ sũt ad honorem et reuerentiam tue essentie benedicte.

¶ Cum tua voluntas domine deus nullum patiatur defectũ:oportet ꝙ ipsa velit vt hoc quod caret quouis esse perueniat in esse/postq̃ȝ esse suũ cedat ad tuã gloriam atqȝ laudem. et oportet similiter ipsam velle ꝙ hoc non perueniat in esse/quod si esset:non ad tuam cederet gloriam vel honorem. ¶ Domĩe deus qui sperantes in te non sinis finaliter frustrari: tuam voluntatem exaltent et glorificent omnes gentes. quia omnia bona que fiunt tam ab angelis q̃ȝ ab hominibus/fiũt de voluntate ordinatissima tui deus. nam nisi prius bonum a tua procederet voluntate/ ad actum nemo vnq̃ȝ perducere posset. ¶ Domine deus quecunqȝ bona conferuntur nobis in hoc mũdo pluuie/venti/temperies aeris/seu calores: omnia conferuntur ex munificentia tue laudabilis voluntatis. nam nichil posset deduci ad actum/ nisi de tua voluntate ꝓcederet. ¶ Gloriosissime dñe bona eterne beatitudinis/quoꝝ iusti sunt in celesti patria possessores: per tuam dũtaxat iustissimam voluntatem insunt eis. et tua voluntas iniustos et impios similiter vult damnare/eo ꝙ in hoc seculo promeruerunt: vt in alio penis perpetuis crucientur. ¶ Deus excellentissime bonitatis:tibi honor et benedictio sit semper. quia nisi esset voluntas tua / vt propter culpas suas peccatores in inferno grauiter torquerentur:ipsa proculdubio imperfecta esset. quia sic gloria iustorũ melius in paradyso est cognita/ propter penas inestimabiles peccatorum. ¶ Cum in tua volũtate domine deus/nõ sit natura vel proprietas a qua ꝓcedat ei aliq̄ð velle irratiõabile. oportet ꝙ quicq̃d ꝓcedit a volũtate tua sit velle rationabile ex quo sequatur finaliter omne bonũ. ¶ Exaltetur nomẽ tuũ deus / inter omnes huius seculi nationes. quia nichil irrationabile voluntati tue adheret/ neqȝ per eã fiunt mala opera: que ad actum a peccatoribus deducuntur. quia voluntas tua non vult illa nec diligit:sed exigit ⁊ vult bonum quod ex malis operibus sequitur/que a peccatoribus perpetrantur: q̄ð bonũ est cognitio tue recte iusticie:quia condemnas ad penas perpetuas peccatores. ¶ Domĩe deus/omnis creatura tuo subdatur imperio. quia quecũqȝ bona a quibuscunqȝ sint facta/ a tua voluntate cuncta processerunt: nam anteq̃ȝ ad actum deducerẽtur vel essent in esse/in tua erant perfectissima voluntate. nisi enim fuissent:ad actum deduci minime potuissent: at quia in voluntate tua ab eterno fuerunt/in actum idcirco deuenerunt. ¶ Si cuncta bona que deuenerunt in esse/ ꝓcessissent a tua volũtate anteq̃ȝ in actũ pater omnipotens deuenissent:sed in ipso actu volũtas tua minime esset:pateret omnibus ꝙ tua voluntas non esset perfecta/imo defectum maximũ pateretur. cum vero tua voluntas in omnibus sit perfecta oportet ꝙ quicq̃d tu voluisti anteq̃ȝ bona in esse vel in actum deuenerint/nunc velis illud idem quando bona in actum similiter deuenerunt. ¶ Domine iesu christe cum tua incarnatio atqȝ benedicta passio nobis valde necessarie fuerint(ex eo quia ipe fuerunt causa et perfectio nostre recreationis)ob hoc significatur ꝙ tua voluntas in omnibus est perfecta. nam propterea ꝙ maximũ bonũ et inestimabile sequitur de tua incarnatione/et de tua salutifera passione(licet tuũ corpus mundanis miserijs submiseris)voluisti illud bonũ deducere totaliter ad effectum. ¶ Largitor omniũ bonorum deus. sicut tua eternitas omnia tempora comprehendit in hoc ꝙ tu es eternus: sic oportet ꝙ quecũqȝ bona sunt/ comprehendantur et includantur intra tuam ordinatissimã voluntatẽ: quam oportet omnia illa velle. vnde cum omnes homines habeant principium/ob id sequitur ꝙ omnia bona que sunt in esse: non sunt intra voluntatis hominis alicuius potestatem cum voluntas hominis habeat cuiuscunqȝ boni principium. ¶ Domine deꝯ quando nostra voluntas est in volendo tibi seruire te benedicere / et laudare/tunc merito est ipsa cõmẽdanda: eo ꝙ vult laudes impendere et seruire illi / a cuius voluntate omnia bona habent originem ⁊ ꝓcessum. sed cum nostra voluntas est magis in diligendo/ laudandoqȝ nosmetipsos q̃ȝ te: tunc voluntas nostra pessima est/et a quolibet rationabili increpanda. quia vult preferre voluntatem humanã terminatam/tue diuine: a qua procedũt omnia bona/sub cuius eternitate omnia comprehenduntur ac terminantur. ¶ Iuste iudex domine iesu christe: q̃ȝ dolorosa cruciamina illis perpetuo sunt parata: qui quasi totam voluntatem suam habuerunt in volendo vanas huius seculi voluptates. vnde per tuam misericordiam concede omnibus fidelibus christianis/ vt tota voluntas eorũ sit submissa tuo seruitio et honori: ita ꝙ te velint prima intentione diligere sicut decet/ et seipsos secunda. ¶ Domine sancte deus: qui in te vere confidentium misereris. ego humillimus seruus tuus lacrimabiliter te oro:vt tu dirigas velle

meū / postq̄ tua voluntas circuit et comprehendit omnia que digna sunt ad volendum/sic q nunq̄ vellim nisi solum ea que cedant ad laudem et honorem tui nominis gloriosi. ¶Si tu domine deus meam duxeris voluntatem/ita vt nichil velim nisi bona tātūmodo / que a tua procedunt laudabili voluntate: dabis michi rationem volēdi habere virtutes/ quia velle bonū est occasio virtutes acquirendi. ¶Sicut voluntas que est amatrix bonorū / est virtutes occasio congregandi:sic voluntas que est amatrix malorū est occasio vicia cumulandi.quare oportet q voluntas eorum/malorum sit amatrix/qui viuūt in hoc seculo viciose. ¶Uerax domine in omnibus dictis tuis. cum voluntas nostra(que est finita et terminata)propter bonorū operū inherentiam dirigatur:q̄ excellens est et nobilis tua voluntas infinita/et sine termino/a qua omnia opera bona procedunt/ fiunt et diriguntur/tanq̄ ab ea cui resistere nichil potest. ¶Pater omnipotens eterne deus:sicut corda deficiunt ad sciendum omnia bona/que a tua procedunt omnipotenti voluntate/et ora siue labia ad proferēdum illa:oculi ad videndum:aures ad audiendum: sic omnia deficiunt ad percipiendum virtutes / que sunt in tua laudabili voluntate/a qua habent originem cuncta bona. ¶Domine deus cū propter tuā volūtatem ordinatissimam / bona omnia sint in esse et a tua voluntate non possit emanare aliquid aliud preter bonū:tuam clementiam suppliciter oramus/ vt a voluntate nostra non procedat similiter nisi bonum/vt eu clerissime per tuā gratiam cognoscamur esse famuli tui deus.

¶Qualiter a voluntate diuina non procedit peccatum neq; culpa.

DEus qui per gratiam sancti spiritus tuorum mentes visitas famulorum: in quo omnis virtus et benedictio insit semp. quia tu illuminasti intellectum mei indigni famuli tui / ita q percipio malū culpe in duos modos principaliter esse diuisum. ¶Primus modus mali culpe est peccatū/qd ad actum a peccatoribus est deductum.secūdus modus est ipsius culpe priuatio/ que ad actum nullatenus potest duci. ¶Primus modus quo peccatū generatur/ est quando quis plus diligit seipsum vel suū proximū:q̄ te deus. secūdus modus est omittendo q̄ facere debemus. qui secundus modus peccati esset: nisi tu esses remunerator iustorum/vel si tu faceres aliquid contra iusticiā vel contra regulam rationis . sed iste secundus modus est in priuatione/qui nunq̄ ad actum vllatenus potest duci: eo q priuatur tua ordinatissima voluntate.at primus modus peccati est in actu:eo q ex volūtate hominū non priuatur. ¶Deus qui vis bonum fieri ab homine s quocūq.Cum tu laudari/ benedici/et amati semper ab omnibus hominibus merearis/quando homo laudat/diligit/vel veneratur aliquid aliud plus q̄ te:imediate in eo accidit malum culpe:eo q amor seu voluntas que in eo est/inciden taliter z irrationabiliter est in eo.sed cū in te domine deus non sit amor indecēs neq; voluntas:probatur q malum culpe a tua voluntate non oritur nec procedit.Cū tu domine deus/nolis q res vilissima pre nobili diligatur/nec illud qd debet subesse alteri/ei presit tanq̄ dignius in honore:quia si contrariū velles/defectus perfectionis merito esset in te. sed cū tu sis perfectissimus/vtputa cui nichil deficit/ oportet necessario esse perfectissimū tuū velle. ¶Omnipotēs et misericors sancte deus:cū tu scias teipsum esse omnipotentem/sapientissimū/iustissimū/perfectissimū / et in nulla virtute deficientē: oportet de necessitate q tua voluntas nichil aliud velit nisi rationabile operari/ et nullo modo potest deprehendi q inordinata voluntas cadere in te possit. ¶Deus cui perpetuo cūcta viuūt/ postq̄ in volūtate tua non potest peccatum cadere siue culpa:oportet tue voluntati inesse bonorū operum perfectionem.et cum in ea perfectio sit bonorum operū:necessario ipsi recta inest iusticia. ¶Iuste iudex/ qui semper iudicas equitatem. cum oporteat q in tua volūtate perfectissima/remuneratio sit iustorū propter bona opera que in hoc seculo perpetrarūt:oportet necessario in velle tuo rectissimo voluntatem esse condemnandi ad dānationem perpetuam homines in peccato morientes. ¶Unde nisi voluntas tua esset condemnare ad patiēdum penas et cruciamina peccatores: sequeretur q in voluntate tua peccatum caderet siue culpa.propterea q ei abesset(si ita foret)iusticia. ¶Deus cui nichil inest preter virtuosum ac perfectum. tu es ille in voluntate cuius non est vllatenus malum culpe:ob hoc quia voluntas tua non vult aliquid viciosum/nec respectu prime intentiōis neq; secunde. vnde cum quemlibet oporteat velle quecūq; vult/ respectu alterius istarum intentionū/et tu nolis velle peccatum respectu alicuius: inde probatur q peccatum nullo modo a tua potest procedere voluntate. ¶Cum tue voluntati insit semp velle bona opera faciendi/et illud velle incedat per viam prime intentionis: oportet q voluntati tue insit per respectum secunde intentionis velle punire peccatores/in peccatorū malicia obstinatos. ¶Domine sancte deus: tua benedicta voluntas glorificetur perpetuo/et laudetur. quia sicut ipsa vult peccatores torqueri grauiter in inferno: sic ipsa vult q iusti in celesti patris

glorientur. et sicut tu vis ꝙ peccatores torqueantur
vt iusti percipiant melius suam gloriam et agno-
scant: sic vis ꝙ iusti glorientur in beatitudine pa-
radysi/vt tuam agnoscant melius bonitatē. ¶ De⁹
qui es fidelium sola salus/tibi laus et gloria impen
datur. quia causa quare tu vis ꝙ peccatores diuer-
sis penarum generibus crucientur/est ista: ꝙ a crea-
turis quas creasti/videaris et cognoscaris iustissi-
mus esse iudex. Quia propter tartarea cruciamina/
tua bonitas cognoscetur/et iustorum gloria similit
paradysi/atꝗ ex opposito inobedientia et transgres
sio peccatorum/et absqꝫ malo pene nichil istorum co
gnosci ita plenarie potuisset. ¶ Domine deus / sicut
esset turpe et viciosum tue voluntati/ꝙ in ipsa cade-
ret malum culpe: sic eēt ei turpe et viciosum nisi vel-
let ꝙ malum pene eēt in iis qui propter peccata me
rentur grauiter plecti penis innumerabilibus ac cru
ciari. ¶ Deus ꝑ cuius contemplationē/iusti eterna
beatitudine perfruitur. tu voluisti ordinare ꝙ pro-
pter mala opera peccatorum/iustorum bona opera
agnoscantur. vnde propter hanc ordinationem sunt
mala opera peccatorum/causa et occasio qualiter iu
storum bona opera cognoscantur. ¶ Cum tu domīe
deus velis ꝙ agnoscatur eterna beatitudo glorie pa
radysi/et ad cognoscendum eam/gehennales opor
teat eē penas: necessariū est igitur ꝙ bona opera ha
beant occasionem et causam/qualiter cognoscātur.
¶ Unde cum oporteat eē ordinatum vt cognoscā
tur bona opera propter mala: propterea (licet malū
culpe/scilicet peccatum sit in actu) non sequitur ꝙ
peccatū procedat a tua ordinatissima volūtate/imo
peccatum deuenit in actum accidentaliter / tu vero
ideo id ꝑmisisti: q̄a peccatū est illud ꝓpter quod suū
contrariū cognoscitur. ¶ Domine deus qui vis ꝙ so
lum bona sint rationabilia congrua: si a tua ꝓcede-
ret voluntate ꝙ peccatum esset in actu ita ꝙ propter
voluntatem tuam totaliter ad actū deduceretur: se-
queretur ꝙ tibi placerent mala opera peccatorū. vn-
de si postea eos punires de suis actibus male actis:
eis ꝓculdubio iniurā irrogares. sed cū tu sis iustus
iudex in omnibus/cuilibet faciens equitatem: opor-
tet vt penas quas peccatores in gehennali voragine
patiūtur iuste et rationabiliter patiantur. ¶ Omni-
potens deus ob hoc ꝙ homines intelligunt et asse-
runt te esse in cunctis omnipotentem: affirmant ali
qui fatuissimi ꝙ nisi peccatū a tua procederet volun
tate/tu prohibuisses ne peccatum in actū vllatenus
duceretur. et propter istam erroneam affirmationem
q̄ꝫ plurimi sunt decepti: credentes te velle peccatū pe
nitus in actu existere. Unde ista deceptio et iste error
cadit in eis ex eo quia non habent aspectum ad or
dinationem: in qua oportet esse seculū ordinatū. ne-
qꝫ ad tuam bonitatem: que habet omne peccatum

odio/ita ꝙ illi nullatenus consentit. preterea nō cō
siderant neqꝫ cogitant / qualiter bonū habet actum
super peccatū et non ecōuerso: in hoc ꝙ malū/ pecca
tum est ad hoc vt bonū sit/ꝛ non ecōuerso. ergo vnū
istorū est occasio: et alterū est occasionaliter ortum.
Unde cū ipsi nesciant in hoc aliquā differentiā assi
gnare. propter hoc decipiūtur et ponuntur in errore
pestifero credētes ꝙ a tua voluntate peccatū habe-
at originē ꝛ ꝓcessum. ¶ Deus/cuius videntur opa
manifeste quāuis essentia tua sit inuisibilis apud om
nes. in hoc ꝙ peccatū est/vt bonū euidentissime co
gnoscatur: est bonū occasio ꝙ malum sit in actu. vn-
de licet bonū sit occasio / vt malū sit in esse: propter
hoc non sequitur ꝙ ex bono procedat malū. vel ꝙ a
voluntate sua etiam oriatur. sed sequitur tātūmodo
ꝙ bonū habet actū et dignitatē sup malum. in hoc
ꝙ oportet ꝙ malum sit vt bonū ab omnibus cogno
scatur. vnde secundum istud bonū est occasio: malū
autem res occasionaliter existens. ¶ Per aliam ra
tionem ostēditur contrariū/ita ꝙ bonū est res ex oc-
casione/ꝛ malum est occasio. vnde istud sic esse ꝑ no
ticiam demonstratur. quia propter hoc ꝙ tu vis vt
bonū cognoscatur: oportet necessario esse malū ad
hoc vt bonū plenarie cognoscatur: quia sine eo mi-
nime posset eque plene nosci. vnde cum bonū absqꝫ
peccato minime nosceretur: propter hoc sequitur ꝙ
malum est occasio vt bonū ab omnibus cognosca-
tur. quare secundū hoc probatur ꝙ malum est occa-
sio qua bonū cognoscitur. et hoc modo bonū est res
occasionaliter: et malum occasio/in hoc ꝙ bonū co-
gnoscitur propter malū. ¶ Illi qui sciunt et cogno-
scunt istam differentiam/que est inter occasionem ꝛ
rem occasionatam: possunt intelligere et scire/ ꝙ q̄uis
uis bonum cognosci non valeat absqꝫ malo: non ta
men sequitur ꝙ malum procedat a tua rectissima vo
luntate/ imo sciunt et intelligunt ꝙ malum acciden
taliter est in esse / et exercet eadem prorsus ratione
accidentaliter actum suū: igitur a tua voluntate nul
lo pacto causatur. Uerum de priuatione venit in esse
vt sit bono occasio vt cognoscatur a quolibet ꝓpter
ipsum. ¶ Deus bonorū omniū retributor: tibi laus
et benedictio sit semper. quia velle tuū/consistit cir-
ca cumulationem omniū bonorū et inherentiā vir-
tutū vtqꝫ esse eis tribuere possis/ et quia est bonū ꝙ
vt ea que bona sunt/esse bona ab omnibus cogno-
scantur: propter hoc procedit ex voluntate tua/ꝙ co
gnoscantur bona omnia esse bona. ¶ Unde cum
bona a nemine noscerentur: si malum culpe esse pri
uaretur. oportet de necessitate ꝙ malum sit propter
hoc vt bonū ab omnibus agnoscatur. ¶ Quare be
nedictus sis domine deus. quia ob hoc ꝙ vis vt bo-
nū sit in esse: bonū deuenit in esse secundū veritatē.
at quia malum est in actu/ absqꝫ tua virtuosissima

voluntate:ex eo quia permisisti illud in actū ꝓduci.
in actu idcirco accidentaliter est et cōtra quālibet ve
ritatem subsistit. ¶Deus qui ab isidijs diaboli nos
defendis:tibi benedictio et laus omni tempore pre-
beatur.qui nosti illud quod est subiectum/ad volen
dum et diligendum peccatum:esse virtutū defectiuū
carens pfectione/ꝛ quolibet complemento.vnde cū
nullus defectus virtutum insit tibi/ sed in omnibus
sis vera pfectio ꝛ cōpletio singularis.ideo peccatū si
ue malū a tua nō potest ꝓcedere volūtate. Quia si-
cut omnis creatura potestatis creādi est totaliter ex
pers atq; defectiua eo ꝙ creare cōuenit tibi soli/cum
nichil pter te possit de nichilo aliquid facere:sic pec-
catū est in te dn̄e defectiuū ita ꝙ nullo modo potest
a tua procedere voluntate/que habet perfectionē ꝓ-
pter quam non potest habere ꝓprietatem huiusmo-
di processus seu egressionis. ¶Causa quare pecca-
tum cadit in voluntate humana/est ista: quia huma-
na bonitas terminatur.vnde ratione sue finitatis ꝛ
termini/est voluntaria et appetitiua plurimorū con
tradicētiū rationi.nam quottidie volumus et affecta
mus dignitates ꝛ multa alia/que non sumus digni
vllatenus possidere . vnde totū istud est peccatū qđ
inordinate et indecēter a nostra voluntate habet ori
ginem.Sed cum tua bonitas nequeat terminari/ ꝓ
pter hoc inordinata voluntas irrationabilis/vel inde
cens nequit cadere in te deus.

¶Qualiter iesus christus vult eē simul verus
deus et verus homo.

DEus mortalium vnica spes salutis/
tibi honor et reuerentia insit semper
qui verus de⁹ et verus homo vis eē
simul:humani generis ob salutem.
¶Domine iesu christe cum tu creator
et creatura simul velis esse:patet ꝙ es
verus deus et verus homo simul/deus inq; creator/
homo autem creatura. ¶Hoc modo vis tu domine
deus/esse verus deus et verus homo simul:ita vt di
uina natura in humanā nō mutetur/ neq; de se in eā
alterationem aliquā fieri patiatur. ꝛ de natura hu-
mana similiter modo cōuerso.quia impossibile est ꝙ
natura diuina in humanam valeat alterari; eo ꝙ na
tura diuina que in bonitate et ceteris virtutibus est
perfecta non potest alterari in rem defectum aliquē
patientem/neq; humana natura potest in diuinam
similiter alterari:eo ꝙ virtutum est q̄plurimū defe-
ctiua. ¶Sanctissime domine:pre omnibus metuen
de/te laudet omnis spiritus in eternū. quia tu volui
sti simul eē verus deus et verus homo.nam tu volui
sti creare in esse infantulū in vtero beate virginis glo
riose.et in eodem tempore simul ille effici voluisti.et
voluisti esse deus similiter quēadmodū fuisti ab eter
no:et ita ex volūtate tua processit: ꝙ verus deus et
verus homo tanq; omnipotens esses simul. ¶Cū
tu domine deus / verus deus et verus homo esse si-
mul voluisti/quid tue resistere potuit voluntati:ꝓ-
cul dubio nichil.cum tibi creatori nulla valeat resi-
stere creatura/et precipue cum nichil nisi rationabi-
le/a tua ꝓcessum habeat voluntate. ¶Si prohibere
tibi aliquid potuisset/ꝙ non esses simul verus deus
et verus homo / postq; a tua processit ordinatissima
voluntate: sequeretur ꝙ tua voluntas careret pfecti-
one plenarie potestatis. vnde sequeretur si non esset
omnipotens/ꝙ virtutum defectū aliquē pateretur.
vnde cum sit impossibile/ꝙ defectus aliquis i te ca
dat.probatur ꝙ tu potuisti esse simul deus et homo
postq; hoc a tua rationabili voluntate processit.
Deus bonorum omniū augmentator. causa quare
tua volūtas deducit ad complementum et perfecti
onem quicquid vult/est ista.quia omnes virtutes q̄
sunt i te/plenarie sunt perfecte.ita ꝙ nulla perfectio
abest eis. ¶Cum ergo domie deus / omnes virtu-
tes perfectissime insint tibi/ꝛ in te sit amor/potestas
misericordia / iusticia / et sic de alijs virtutib⁹: opor
tet necessario ꝙ quicquid tu vis / perueniat ad ef-
fectum. ¶Postq; tu pater misericordie/vis esse si
mul verus deus et verus homo / et hoc potes esse
postq; vis: valde miror de infidelibus/qui nullo mo
do volunt fidem adhibere/ꝙ tu verus deus et verus
homo simul possis esse.quia iam impossibile ponit
tibi/quod non est tibi vllatenus imponendū / maxi
me de re que in te rationabiliter potest esse. ¶Dn̄e
deus omnipotens et eterne infideles qui nolunt fi-
dem vllatenus adhibere ꝙ tu verus deus et verus
homo simul possis esse:errant et a via veritatis de-
uiant in duobus/primo propter cursum naturalem:
secūdario propter alterationem. ¶Primo modo er
rant quia non intelligunt ꝙ secundum cursum na-
ture possit fieri te verum deum simul et verum ho-
minem esse posse / et quia non possunt inuenire pe-
nes se/istud naturaliter esse posse: ꝓpterea nō pos-
sunt ad hoc fidem aliquatenus adhibere. Unde ipsi
non credunt aliquid posse fieri/nisi naturaliter illud
fiat : quare ergo non credunt similiter seculū non de
nichilo esse creatum/et nunq; diem iudicij esse futu/
tum. nam credere ꝙ seculum de nichilo sit creatum
et ꝙ dies iudicij sit futurum:est contra cursum crede
re naturalē. vnde sicut ipsi ꝓpter cursū nature sūt in
creduli/ꝙ tu sis de⁹ ꝛ homo:sic ꝓpt cursum naturalē
deberēt equa ratiōe eē icreduli/et penit⁹ dubitare/ꝙ
mūdus de nichilo sit creatus et ꝙ vnq; sit resurre-
ctio mortuoꝝ. Scđo modo facit deuiare incredulos

alteratio ac penitus errare. quia putant nos credere
ꝙ in humanam naturam deitas alteretur et ecōtra:
et q̄a istud inueniūt eē īpossibile/ ⁊ ɔtrariū ratiōi: no
lūt credere ꝙ tu verus deꝰ et verus homo simul pos
sis esse. Unde de ipsis q̄plurimū ē mirandum: qui
nostre credulitati fatuitatem inopinabilem tantam
prebent. quia sicut ipsis impossibile hoc videtur ⁊ dis
sonū rationi: sic similiter videtur nobis impossibile/
imo a nostra credulitate totaliter est alienū. ¶ Be
nignissime domīe/ qui bona omnia tuis famulis cō
fers gratis. sicut infideles dubitant ꝙ tu verus deus
et verus homo simul possis esse: eo ꝙ te cōtra cursū
nature/ credūt agere nichil posse. ⁊ quia credunt nos
asserere: ꝙ deitas in humanā naturā/ sit penitus al
terata: eque possent secundū aspectum tuarū virtu
tū/ id similiter dubitare. Nam si ipsi inuenirent te se
cūdū tuā bonitatem et ceteras virtutes tuas/ esse in
aliquo viciosum vel virtutum defectiuū: eo ꝙ tu ve
rus deus et verus homo simul velles esse: sic deberēt
dubitare an tu deus et homo simul velles esse. quia
tu non vis/ neq̄ velle debes/ in te eē aliquid viciosū
vel cōtrariū rationi. ¶ Unde postq̄ increduli qui nō
credūt te verū deū et verū hominē eē posse/ non pos
sent inuenire tibi esse aliquod viciū/ licet verus deus
et verus homo sis simul: deberent credere ꝙ tu es si
mul verus deus ⁊ verus homo/ ⁊ eo amplius cū ipsi
inuenirent ⁊ ꝑciperent/ maximū bonū sequi ex eo q̄s
tu es simul verus deus et verus homo. ¶ Omnipo
tens rex eterne/ causa cur infideles decipiuntur ī hoc
ꝙ nolunt credere te simul esse verū deū ⁊ verum ho
minē/ est. quia ipsi dubitant citius in potestate tua si
fieri possit ꝙ tu sis simul verus deus et verus homo:
q̄ȝ mediten tur vtrū sit rationabile/ nec ne. ¶ Domi
ne deus: cum tu sis omnipotens/ et nichil velis age
re: nisi ea que sunt consona rationi: oportet vnūquē
q̄ȝ credere/ te agere posse cuncta: postq̄ȝ te illa agere
ratio requirat ac expetat. anteq̄ȝ igitur aliquis dubi
tet ꝙ tu humanam naturā valeas assumpsisse: opor
tet eū considerare vtrū sit rationabile aut non ꝙ tu
carnem humanā debeas assumpsisse. ⁊ postq̄ȝ quis
inueniat esse rationabile atq̄ȝ iustum: oportet adhuc
eum plus credere te simul verum deum et verum ho
minem esse posse. quia in tua voluntate est vt quicq̄d
sit rationabile: ab ea procedat. ¶ Unde si infideles
illud pensitarent/ ipsi inuenirent et perciperēt intel
lectuali cogitatōne: ⁊ velle esse hominem te congruo
debere/ ac similiter esse posse. et postq̄ȝ tu debes esse
homo et potes: debet a quolibet asseri et credi te ve
rum deum ⁊ hominem eē simul. ¶ Domine deus: qui
debes pre omnibus honorari. si infideles qui in tua
incarnatione fidem nolunt aliquatenus adhibere:
cognoscerent ⁊ perciperent maximā virtutem ⁊ di
gnitatem quam habet finalis causa circa imagina
tionem intellectualem assumptionis tue humanita

tis: ipsi de incarnatione tua minime dubitarent. q̄a
in hoc ꝙ causa finalis siue ratio descendit a poten
tia rationali: est nobilior causa et ratio in homine q̄ȝ
imaginatio: eo ꝙ potentia imaginatiua subest ratio
nali potentie. ¶ Unde ꝓpter hoc intellectus huma
nus percipit multo melius et intelligit propter cau
sam et rationem: q̄ȝ ꝓpter imaginationē. quia quan
do deest imaginatio ad aliquid imaginandū: ad in
telligendum/ aut credendū sufficit intellectus. nam
imaginatio deficit: ꝙ tu debeas velle quicquid ratio
vel causa exigit ad volendum. sed intellectus intelli
git fieri hoc debere: et ꝙ sit verum vt maior certitu
do habeatur propter rationem q̄ȝ ꝓpter imaginatio
nem: ꝓbatur in hoc ꝙ nulla imaginatio potest per
cipere / qualiter aliquid possit creari de nichilo/ vel
aliquis potest imaginari similiter quonam pacto cor
pus humanū dispersum in cinerē ⁊ athomos: possit
in die iudicij in idem corpus (quod prius erat cum
esset in hoc mundo) reduci. sed humana ratio sufficit
ad intelligendum et percipiendum qualiter potest fi
eri ꝙ aliquid de nichilo sit creatum: et qualiter cor
pus humanū est similiter illud idem post resurrectio
nem: quod fuit proculdubio in hoc mundo / postq̄ȝ
ratio percipiat ꝙ tu causam ratiōabilem habeas de
nichilo cuncta creandi. ¶ Unde cum infideles ima
ginantur tuam incarnationem/ et virtus imaginati
ua eis dare nequeat complementū/ quomodo tu ve
rus deus et verus homo simul possis esse: nolunt cre
dere te verum deum ⁊ hominem posse esse. si vero re
currerent ad potentiā rationalem/ que semꝑ respicit
rationem: ipsi inuenirent ꝙ merito rationabiliter et
de cōgruo debes velle te verum deū ⁊ hominem si
mul esse. ¶ Tibi clementissime domine omnis laus
et benedictio tribuatur: qui honorasti potentiam ra
tionalem pre potentia imaginatiua. quia ꝓpter hoc
ꝙ potētia rationalis imaginatiue dominat: quicq̄d
scitur vel intelligitur ꝑ viam rationis/ est in maiori
firmitate et certitudine: q̄ȝ ea que possunt percipi ꝑ
viam imaginationis. nam imaginantur tantūmo
do sensitiua. ¶ Unde totum istud est ex eo: quia in
tua voluntate cōsistit quicquid est rationabile ad vo
lendum/ et de quocūq̄ȝ est causa efficax vel occasio:
vt a tua voluntate procedat. sed in homine est defe
ctus virtutum maximus/ et abundat in eo miseria:
propter quam deficit imaginatiua potentia/ ad ima
ginandum ea que soli conueniunt rationi. ¶ Ve
rax domine misericors et benigne: si infideles qui te
carnem humanā dubitant assumpsisse/ ꝑciperēt na
turam potentie rationalis/ ⁊ naturam defectus potē
tie imaginatiue: nō in imaginatione potentie termi
no residerent. quia causa ipsius dubitant/ in quibus
deberent minime dubitare. et impedit eos ad pro
cedendum vltra. qui si vltra procederent / intellige
rent per virtutem rationalis potentie (q̄ mediante

intellectu illum͞iat ebetatos) ꝙ omne illud decet a te fieri/et a tua ꝓcedere volũtate: qḋ vis exigit ratiõis. ¶ Gloriosissime dñe cui seruire in hoc seculo est regnare. infideles qui dubitant te verũ deũ ⁊ hominẽ esse simul cur nõ ꝑscrutant̃ vtrũ sit ratiõabile aut nõ: a tua ꝓcedere volũtate/ ꝙ natura diuina hũane nature simul fuerit vnita? Et si ipsi forte inuenerint tuã volũtatẽ esse in hoc aut in aliquo alio viciosam: valde est rationabile ꝙ ipsi minime credant vel asserãt te verũ deũ ⁊ hominẽ eẽ simul. sed si ipsi ad hoc vt tu sis simul verus deus ⁊ verus homo/ nõ inueniãt tuã voluntatem esse in aliquo viciosam/ aut virtutum defectiuã. vnde ꝓuenit eis tante incredulitatis infidelitas: ꝙ nequaꝗ̃ velint credere te verum deũ et hominẽ esse simul? ¶ Si increduli tue attribuerent voluntati/ ꝙ ab ea deberet ꝓcedere quicq̇d est rationabile ad volendũ: ipsi euellerent errorẽ (in quo sunt) sua lumina excecãtem. ⁊ illum͞iarent̃ gratia spiritussancti: ꝗ deducit vnũquẽꝗ̃ ad et̃nã gloriã paradysi. ¶ Domine iesu christe/ cum tu verus deus et verus homo simul velis esse/ et sit ratio ⁊ causa efficax huiusmodi tue volũtatis: oẽs debẽt cõfiteri corde/ animo atq̃ verbo/ te verũ deũ ⁊ hominẽ esse simul. nã postq̃ exigit ratio vt sis simul verus deus ⁊ homo: oportet te necessario id velle. ⁊ cũ velis ad actum hoc ducendi/ habes plenariã potestatẽ. ¶ Dñe deꝰ/ quotiẽscũq̃ cadit in hominibus dubium ꝙ tu verus deꝰ ⁊ verus homo simul possis eẽ: istud viciũ inest eis/ ex eo q̇a imaginatiua potentia tunc vtũtur. sed quãdo ipsi habẽt recursum ad rationalẽ potentiã/ ꝓpter quã vident causam efficacissimã rationis: ipsi intelligunt ꝙ tu es simul verus deus et verus homo. ¶ Ego indignus famulus tuus hilariter et deuote gratias ago tibi dñe iesu christe. quia tu dedisti michi gratiam/ ꝙ istã distinctionẽ (quã habeo pre manibꝰ) ꝑficere potui ⁊ cõplere. ⁊ spero fiducialiter in te/ ꝙ tuo auxilio mediante: cõplebo alias q̃ sequũtur ad honorem et gloriam tui deus.

¶ Incipit decimaquarta distinctio/ in qua tractatur de diuino dominio ¶ Qualiter est consonũ rationi ꝙ dominus deꝰ sit sũmus: ꝓpt̃ sui nobilitatem et excellentiã.

DEus cuius dominio subiacet totus mundus/ tibi oĩs laus et benedictio sit semper. quia valde dignũ est ⁊ cõsonũ rationi/ ꝙ tu toti seculo domineris: postq̃ tu es eternus et infinitus. et omnia p̃ter te habent ꝓncipiũ/ certoq̃ cõsumẽtur termino. ¶ Dñe deꝰ cũ infinitas et eternitas ꝓprie insint tibi/ nobis vero finitas ac ꝓncipiũ: valde est decẽs et rationabile/ vt ea q̃ habẽt ꝓncipiũ atq̃ quodãmodo finẽ/ seruiant et subdant̃ rei infinite eterne/ ⁊ ꝓbenti omnibus complementum. ¶ Unde benedicta sit dñe deus tua maxima bonitas. nam ꝓpter magnitudinẽ virtutũ/ et sũme nobilitatis q̃ est in te: oportet te dominari omnibꝰ: q̇bꝰ tua nobilitas ⁊ virtutes debent merito dñari. ¶ Deꝰ cuius magnificentie non est numerus/ cũ tu sis ita omnipotens ꝙ habes potestatẽ sup̲ oĩa q̃ sunt/ et q̃ futura sunt: iustum est atq̃ dignũ ꝙ tu omnibꝰ domineris ratione tue maxime potestatis/ ꝓpter quam dignus es omnibus dominari. ¶ Dñe deus/ cum in te sit omnis sciẽtia et omnis sapiẽtia/ ita ꝙ abscondi a tua scientia nichil potest: ⁊ nichil preter te habet ꝑfectam scientiã aut sapientiã: dignũ est ⁊ cõsonũ rationi/ ꝙ tu omnibus domineris/ ⁊ vt oĩa tuo omnipotẽti dominio sint submissa. ¶ Misericors dñe ⁊ saluator cũ omnis eq̇tas sit in te ac iusticia/ nichilq̃ tue equitati vel iusticie valeat cõpari: ratio exigit ⁊ ostẽdit ꝙ tu es dignior sine cõparatione aliqua vt toti mũdo debeas dominari q̃ aliquid aliud qḋ nũc sit vel deceso vnq̃ possit eẽ. nã dominiũ non ꝑtinet ad rem equitatis vel iusticie defectiuã. ¶ Dñe deus cui oĩa cordis intima patent. euidẽter potest ꝓbari ꝙ tu es dominus omniũ rerũ/ firmamẽti/ elemẽtoꝝ/ animaliũ/ metalloꝝ/ vegetabiliũ/ ⁊ ceteroꝝ omniũ: postq̃ tu solus oĩa hec creasti. Unde q̇a tu oĩa creasti/ ⁊ propter tuas virtutes cũcta cõseruas in eẽ: quis dubitat quin omnibus his debeas dominari? ¶ Cum tu pater omnipotens sis ita ꝑfectus in cunctis virtutibꝰ: ꝙ nullus intellectus humanus tuã valeat cõprẽdere bonitatẽ/ nec alias v̾tutes tuas: est valde dignũ ⁊ cõsonũ rationi ꝙ tu sis dominus omniũ rerũ creataꝝ: ⁊ omniũ ad creationẽ debentiũ ꝑuenire: eo ꝙ plenarie in virtutibus omnibus es ꝑfectus. ¶ Cũ tu excellentissime dñe merearis esse dominus omniũ rerum tam visibiliũ q̃ inuisibiliũ/ propter q̃plurimas causas efficacissimas supradictas: vehemẽter miror de hominibus quonã modo possit esse: vt ipsi verecundẽtur tibi seruire/ ⁊ mandata tua in hoc seculo obseruare. quia quasi maior pars hominũ verecundatur tibi seruitia impendere atq̃ laudes. nam alij deridẽt alios ⁊ subsannãt/ cum tibi conãtur in hoc seculo famulari/ ⁊ se subijcere tuis iussis. ¶ Si forte dñe deꝰ/ tu non esses dignus omnibus dominari ꝓpter defectus aliquos/ quos esset in te tanq̃ vicia inuenire: non esset mirandũ si homines verecundarent̃ tibi in hoc seculo seruire. cum autẽ nichil viciosum possit in te aliquatenus inueniri/ verũ ꝑfectissima virtutũ plenitudo: q̃plurimũ est mirandũ/ cũ aliquis verecũdatur tibi tanto domino deseruire. ¶ Venerabilis domine/ cum tu famulis tuis/ pietatis/ misericordie/ ⁊ gratie sis fauorabilis tributor/ ⁊ existas mirabilis in omnibus donis tuis: valde est imputandũ illis/ ⁊ ꝓmerent̃ redargui a quocũq̃/ qui tibi ob verecũdiam mortalium desistunt laudes et seruitia impendere in.

hoc mũdo/ nõ habẽtes ĩ memoria quotidiana bene
ficia que recipiũt tue largiflue bonitatis. ¶ Glorio-
sissime dñe deus noster tuũ sanctissimum dominiũ
non mouetur nec mutat̃ neq̃ corrumpitur aut in ali
quo alteratur: imo stat ⁊ perseuerat firmiter ⁊ cõstan
ter/ ita vt nullum aliud dñium est dignũ in esse sub-
sistere nisi dñium tui deus ¶ Cũ oẽs alie dñationes
mutantur/ alterantur/ ⁊ corrumpuntur/ preter tuam
solummodo sanctissime deus: propter hoc est ratio-
nabile vt nulla alia dñatio sit in esse nisi solũ tua que
est digna oĩbus aliis dñari. ¶ Pater omĩpotẽs glo
riosissime: tibi laus ⁊ gloria ꝑpetuo tribuat̃. quia si-
cut nos meremur tuo subesse dñio/ ⁊ esse tui posses-
sio possessoris: eo ꝙ sumus valde miseri/ fragiles/ ⁊
inanes: sic dñe/ ⁊ multo melius mereris esse dñs: ꝓ-
pter gloriosissimã ꝑfectionẽ tuarũ virtutũ a tua pro
cedentiũ deitate. ¶ Deus vita indeficiẽs beatorum.
palam ostẽditur ⁊ apparet ꝙ tu debes esse dñs ⁊ nos
serui: cũ nos quicq̃d boni inest nobis a largitate tuo
rum munerũ recipiamus: ⁊ sic nobis influis ĩcessan
ter sicut ipsis riuulis fons viuus. ¶ Sicut plurimis
rationibus ostẽditur ⁊ apparet: ꝙ tu non debes neq̃
potes esse submissus alicui creature: sic plurimis ra-
tionibus ostẽditur: ꝙ nos nõ debem⁹ tibi dñari / aut
quecunq̃ alia creatura: imo debem⁹ esse subditi tuo
dñio: tanq̃ ei q̃ nos de nichilo creauit. Quia ĩpossi-
bile est ꝙ tu qui es infinitus/ etern⁹/ innocẽs/ virtuti
bus ꝑfectissimus/ ⁊ cõpletus: creature alicui sis sub-
missus. q̃a oĩa preter te carẽt predictis virtutibus: et
ceteris quibus tua diuina essentia ꝑficitur ab eterno.
¶ Sanctitas ⁊ gl̃ia pater honorabilis tuo dñio tri-
buatur. q̃a intãtũ exigit causa rationabilis atq̃ iusta
vt tu oĩbus dñeris: ꝙ iustũ est ⁊ dignũ: vt tu malorũ
eque sis dñs quẽadmodũ bonorũ. ¶ Unde cũ nos
simus tam viles ⁊ culpabiles tibi deo: nõ est iustum
vel dignũ (quantũ de nobis est) ꝙ hũana species ꝓ-
pter sui quidẽ fragilitatẽ ⁊ miseriam tantã habeat di
gnitatẽ: vt tuo dñio sit submissa. sed propter hoc so-
lum: quia tu solus dignus es oĩbus dñari. quare ob
hoc seq̃tur: ꝙ licet nos simus fragiles atq̃ viles/ tuo
subesse dñio debeamus. ¶ Omnes gẽtes debent de
tuo dñio ⁊ de sua seruitute simul q̃plurimũ gratula
ri. q̃a maior gratia ⁊ maius bonũ qꝺ possit esse ĩ ali-
quo famulo seu cliente aliquis: est quando habet bo
num dominũ/ nobilem/ ⁊ potentẽ. ergo valde debẽt
esse vniuersi populi hilares ⁊ iocundi. q̃a tanto dño
ita nobili ⁊ potẽti (sicut tu solus es) in hoc seculo fa-
mulantur. ¶ Ploremus oẽs igitur ⁊ profundamus
dolorosa suspiria e nostris cordibus coram te domi
no nostro iesu christo: q̃a fere omẽs cecidim⁹ in istud
peccatũ grauissimũ/ qꝺ cõiter ledit oẽs: nã singuli fe
re nostrũ seruiuim⁹ duob⁹ malis dñis in hoc mũdo:
scilicet demoni ⁊ cupiditati/ que radix omniũ est ma
lorum. vnde valde sumus a te dño increpandi. nam
famulati sumus istis duobus pessimis tyrãnis: tuũ
seruitium ⁊ dominiũ propter eorũ subiectionẽ post-
ponentes. ¶ Si nos dñe deus in hoc mundo fuisse-
mus rationabiliter conuersati: tale predictũ seruitiũ
(scilicet demoni et cupiditati) nullaten⁹ fecissemus.
est enim demon creatura vsq̃ adeo maligna ⁊ culpa-
bilis: ꝙ esse dñs non meretur: imo meretur sua mali
cia captiuari: ⁊ penis ꝑpetuis grauit̃ cruciari. ¶ Si
nos etiam veritati seu rationi acquieuissemus: nr̃as
aĩas carnalis cõcupiscẽtie minime fecissem⁹ seruas.
nam quicunq̃ sequitur carnalẽ concupiscẽtiam sui
corporis: ĩ sua carne ꝑpetuo punietur. vnde q̃z male
dictus est seruus q̃ punit̃ propter cõplenda turpia de
sideria dñi sui praui. ¶ Honor/ laus/ ⁊ magnificẽtia
tibi dño insit semꝑ: q̃a valde est tediosum ⁊ laborio-
sum cuilibet seruo quãdo dños habet plures/ ⁊ ma-
xime quãdo illi sunt absq̃ iusticia/ veritate/ ⁊ miseri-
cordia venie consequẽde. vnde quãto seruus plures
dños pessimos sibi facit: tanto plus suos dolores et
labores sibi multiplicat ⁊ augmẽtat ¶ Cũ ego pater
clementie feceri innumerabiliũ viciorũ aĩam meam
esse seruã: meq̃ subdideri q̃plurimis vilibus ⁊ insi-
pientibus hoĩbus in hoc mundo: vt ab eis diligerer
et laudarer: iustũ est ⁊ dignũ: vt non tantũ meũ sit ser
uitium in hoc seculo factũ frustra: sed vt ꝓpter ipsum
penã sustineã in hoc seculo vel futuro. quia iustũ est
ꝙ sicut ego feci michi q̃plurimos pessimos dños in
hoc mundo: sic puniar plurimis ⁊ grauibus afflictio
nibus ⁊ tormẽtis. ¶ Sed sicut seruus captiuat⁹ gra
uiter cruciatus/ fugit suũ malũ dñm ⁊ peruersum: sic
ego fugio oẽs meos dños viciosos/ eis abrenũciãs
et omnibus põpis suis. ⁊ cõfiteor ⁊ cõcedo ꝙ impen
di debet omne dñium ⁊ seruitiũ tibi soli: qui nos de
non esse ad eẽ gratiose pater omĩps deduxisti. ¶ Do
mine de⁹/ cum ratio ⁊ iusticia nobis indicent ⁊ osten
dant ꝙ tu perenniter nobis debeas dñari: rationa-
bile esset ꝙ aĩa q̃ est melioris conditionis q̃z corpus
dominaretur corpori: ⁊ preesset. vnde cõcede ꝓpici⁹
nobis (licet indignis) tuis famulis vt nostre anime
nostris corporibus dñentur: ⁊ vt corpora eis tanq̃
submissa in oĩbus famulentur ¶ Nã si nostre anime
corporibus dominẽtur: nos erimus ab omnibus ma
lis dñis liberati. ⁊ non erimus submissi alicui princi
patui vel seruitio nisi tuo cui debet subesse oĩs meri-
to creatura. ¶ Tuo igitur dñio omnis laus et gloria
tribuat̃: ⁊ oĩbus aliis dominiis miseria et fragilitas
agnoscatur: si dominia dici possunt. quia vt proba-
uimus pluribus rationib⁹ antedictis iure debes om-
nibus dominari: ⁊ oĩa subesse tuo dñio iure astringũ
tur: qui es creator omnium atq̃ deus.

¶ Qualiter deus meretur esse dñs omniũ
creaturarũ eo ꝙ ipse est benefactor omniũ.

Deus qui propter tua beneficia mereris omnibus dñari/ꝛtibi honor ꝛ reuerentia tribuatur. q̄ꝛ ꝓpter hoc ꝙ tu solus dignus es esse dñs oim: ꝛ oia tuo parere dñio atqꝫ subiacere/voluisti dare esse nobis omnibꝰ: vt tu nobis dominueris ꝛ ceteris creaturis. vnde cū nos a te esse receperimus: dignum est vt tibi perpetuo famulemur. ¶ Omnes debemꝰ pariter confiteri ꝙ tu debes merito ꝛ rationabiliter preesse ac dñari. q̄ꝛ nichil aliud preter te sustinet nos in esse: nisi enim tu i esse nostro pater misericors nos sustineres: omēs deleremur de statu viuētiū: ꝛ redigeremur proculdubio in nō esse. ¶ Cum tu dñe deus nobis omnia nostra necessaria subministres: dignū est idcirco ꝙ te verum nostrum dñm agnoscamus/cū sine tua prouidētia nobis deficeret esse nostrū. ¶ Fons luminū sancte deus tu mereris propter tua beneficia que nos a te recepimus dominꝰ noster esse. quia tu es ille qui facis arbores ferre fructus: vt nobis in hoc seculo sint in cibum. et eodem modo de seminibus. ꝛ tu creas aīalia irrationabilia vt eorum quoqꝫ carnibus vesci valeamus. et sic de omnibꝰ aliis q̄ ad nostrum humanū seruitium sunt creata. ¶ Item dñe tu debes eē dñs omniū alia ratione. quia tu congruis tēporibus tribuis pluuiā/ventos/frigora/ꝛ calores: a quibus procreant̄ oia ex quibus nos victū sumimus: tua tamē diuina gratia mediante. ¶ Dñe deus qui oibus prouides sua necessaria in hoc mundo. tu cōfers predicta omnia et multo plura hoibus: vt in hoc seculo valeāt viuere. vnde cum nullus alius preter te/predicta oia possit dare: dignū est ꝛ cōsonū rationi ꝙ tu solus nobis omnibus dñeris/ac ceteris creaturis. ¶ Deꝰ dñans cunctis nationibꝰ huius mundi. sicut propter beneficia que hoies a te recipiunt in hoc mūdo: est dignū et iustum ꝙ tu oibus dñeris: sic ꝓpter tuū dominiū est dignum ꝛ iustū ꝙ tu venereris/benedicaris/ lauderis/ꝛ ab omnibꝰ obsequia recipias atqꝫ seruitia. ¶ Pater misericors deus/tuū sanctissimū dñiū semper prouidet suis subditis oia sua necessaria: ꝛ ministrat omnibꝰ illis modis qui eis inferūt suum cōmodum ꝛ salutē. sed dominiū demonis semꝑ infert suis subditis per peccatū/omne malū ꝛ q̄duis etiā detrimentum: ꝛ plus illos cruciat qui libētius ei seruiunt in hoc mundo. ¶ Dñe deus humani generis recreator: benedictū sit tuū dñium nunc ꝛ semꝑ. quia tuum dominiū nō est simile dominiis regū vel principum huius mūdi. nam pricipes vel magnates volūt suis subditis (non vt eis prosint sed vt presint) spōte vel ꝑ violentiā dñari ꝛ non semꝑ remunerant seruitia sibi facta: neqꝫ sciūt intētionibus hoim respōdere: sed tu dñaris eis vt ipsis presis ꝛ prosis simul ad salutē: et vt vnūquenqꝫ remuneres secūdū sua merita ꝛ opera que fecerit i hoc mūdo. ¶ Deus q̄ es sola gloria beatorum. sicut seruꝰ qui recipit maxima munera/ꝛ maximos honores a suo dño: tenet̄ diligere ꝛ velle vtilitatem sui dñi ꝛ honorem: ꝛ ꝙ prelief amore ipsius contra quecūqꝫ in eū insurgentem adeo fideliter: vt amore ipsius non dubitet mortē pati. sic ꝛ sine comparatione aliqua melius tota humana species tenetur exaltare potestatē tuam/dominiū ꝛ honorē: ita ꝙ non metuat pati vltimū supplicium pro exaltatione tui nominis gloriosi. ¶ Deus cuius dñio vniuerse subiacēt creature. Sicut precones modico precio cōducti clamant per vicos/compita/ꝛ plateas: sic nos et multo melius qui summo a te inestimabili cōducti precio ꝛ mercede: debemus clamare ꝛ annūciare vniuersis barbaris nationibus tuū dominiū benedictū. ¶ Pater misericors ꝛ benigne/quāto tu scis teipm sine comparatione oibus terrenis dominis digniorem: tanto maiora beneficia confers nobis. sed totū contrariū est de pluribus pessimis terrenis dñis huius mūdi: q̄ꝛ quāto se sentiūt honore aliis dominis digniores/tanto plus credūt se ad faciendum bona suis subditis excusatos. ¶ Gratiose dñe/virtutū omnium cōplementū quo maiora sine ꝓportione beneficia nobis confers: q̄ꝫ alij dñi huius mundi ac meliꝰ nostra necessaria subministras: eo magis iure tenemur recognoscere tuū dñium atqꝫ tuū posse. ¶ Verax famulus ꝛ fidelis: quāto suus dñs maius beneficium ei confert: tanto plus se cognoscit obligatum ꝛ submissum ad faciendū illi seruitiū ꝛ honorē. ꝛ quanto plus videt ꝛ noscit seipso esse suū dominū meliorem: tanto plus debet subesse hūiliter suis iussis atqꝫ preceptis. ¶ Sed aliter est de infideli famulo ꝛ fallaci. quia quāto plus suus dñs manū ei porrigit affluenter: tanto magis suis inobediēs est preceptis: ꝛ eo plus ipsi vult in omnibus adequari: eiqꝫ inuidet de maioris excellentia dignitatis. ¶ Eterne dñe bonorum oim cōplementū. Tuū excellētissimū dominiū est ita honorabile/nobile/atqꝫ dignū: ꝙ nullus intellectus humanꝰ posset existimare vel cogitare onus maximi debiti quo ratione tui excellentissimi dominij sumus q̄ plurimū onerati. Quia sicut nullus intellectus humanus potest itelligere copiā gratiarū seu bonorum que tu humano generi pegisti: sic nullus intellectus humanus posset intelligere aut cogitare causam efficacissimam rationis siue debitum quod nobis imposuisti: vt te cognoscamꝰ ꝛ cōfiteamur verum dñm deū nostrū. ꝛ hoc ꝓpter maxima bona que in hoc seculo nobis cōfers. ¶ Vehemēs ratio dictat nobis ꝙ tu mereris pater piissime nobis oibꝰ dñari. eo ꝙ tu dimittis nobis grauissimas culpas nr̄as: et quia tu semꝑ nobis in oibus nostris necessitatibus subuenis ꝛ succurris. vnde talē dominū gentes diligant ꝛ metuant vniuerse: qui nunq̄ꝫ in angustiis positos suos famulos derelinquit. ¶ Domine deꝰ q̄ vocas quotidie tuis sanctis admonitionibꝰ ad penitē-

tiam peccatores. sicut est maior necessitas que in homine possit esse ꝙ nõ sit subdit⁹ demoni per peccatũ: sic maior necessitas que in hoĩe potest esse/est vt tu solus ei⁹ in hoc seculo sis possessor: vtq; dũtaxat tuo dominio sit submissus. ¶ Intantũ est causa efficax ꝛ rationabilis: ꝙ tu propter virtutes que sunt in te sis solus noster dñs: tam in hoc seculo ꝗ etiã in futuro: et vt nos tui simus famuli atq; serui. vt quicũq; ꝑsumit in se habere tantam temeritatẽ: ꝙ se existimet esse liberum in hoc mundo: ita ꝙ nolit tuo dñio subiacere/ immediate efficitur seruus demonis atq; mũdi. et per contrarium quicũq; vult volũtate spontanea/ tui effici discipulus atq; seruus: est liber ꝛ imunis a seruitute diaboli ꝛ seculi vanitate. ¶ Maior sapientia ꝛ maior discretio que in hoĩe possit esse: est ꝙ cupiat subesse tuo excellẽtissimo dñio: ac obediẽs tuis iussis. ꝛ opposito modo maior ĩsania que sit: est nolle aliquem tuo dñio subesse: ꝛ ꝙ ab omni tua immunis cupiat quis esse seruitute. ¶ Dñe deus nostrum beneficiũ singulare. Omnes gẽtes tuo sanctissimo dominio subiacẽtes debent ꝗplurimũ gratulari/ q̇a valde debet esse letus ꝛ hilaris omnis seruus quando suus dñs nullũ superiorẽ se dominũ recognoscit. ¶ Cum igit̃ oẽs hoĩes esse debeant hilares ꝛ iocundi/ cum dñio tuo subsunt: ꝛ ea de causa/ quia nullus dñs preest tibi: ergo omnes illi debẽt esse per contrarium prorsus tristes ꝗplurimũ atq; mesti qui se duobus dñis submiserunt: scilicet demoni ꝛ carnali concupiscentie/ qui iterũ alteri dño subsunt. ¶ Demon habet dñm supra se/ gehennalẽ penã: cui ꝑpetuo est submissus. carnalis concupiscẽtia subest dño alieno eo ꝙ humana caro paritur dolores/ labores/ ꝛ angustias in hoc mundo: vt in eo habeat qđ est impossibile: perfectionem ꝛ complemẽtũ carnalium voluptatum. ¶ O summa bonitas/ eterna/ ꝛ infinita/ laus ꝛ gloria insit tue diuine essentie nunc et semp. quia tu nostre redemptioni ꝛ nostre saluationi tuã humanitatem gloriosissimã subdidisti: vt ipsa nos eriperet a demonis seruitute. ¶ Q; tu tuam sanctissimam humanitatem nostre saluationi subdideris in hoc mũdo: sic nobis figura tue crucis salutifere representat. quia in ipsa palam ostẽditur ꝙ tu tuũ corpus preciosissimum diuersis passionibus huius seculi ꝛ morti finaliter tradidisti. ¶ Dñe deus/ vsq; adeo sunt infinite cause/ rationes/ ꝛ occasiones q̃ docent nos tuo dominio humiliter subiici debere: ꝛ ipsum totis nostris viribus exaltare: ꝙ nullatenus possent exꝓmi per sermones. ¶ Eterne dñe cui non est principium neq; finis. Nedum propter maxima beneficia q̃ hominibus tribuis in hoc mundo: imo etiam propter minima debes eis dñari (si minima possunt dici) et posito etiam ꝙ nichil in hoc seculo eis dores: adhuc deberes tu esse eorum dñs: propter tuã maximã bonitatem. ¶ Gloriosissime dñe cui nichil deest virtuosum. postq; fecisti tantam gratiã seruis tuis ꝙ tu vis esse eorum dñs: ꝛ vt ipsi sint serui tui: placeat tibi domine orbis rector: ꝙ non permittas nobis aliquem viciosum hoĩem dñari: neq; rem aliam quancũq; vicijs deprauatam. ¶ Ego humilimus seruus tuus coram vniuersis cõfiteor ꝛ affirmo ꝙ tu propter maxima beneficia que manu nobis largiflua confers: plusq; dignus es toti humano generi dominari. et confiteor ꝙ omnia terrena dominia sunt ĩania ꝛ fallacia preter tuum solum dominium deus.

¶ Qualiter deus meretur esse noster dominus/ ob hoc quia nos redemit.

DEus per cuius redemptionẽ fuit salus humano generi restituta: tibi omnis honor ꝛ reuerentia prebeatur. q̇a tu creasti totam humanã speciem de nichilo: ꝛ recreasti eãdem tuo preciosissimo sanguine quẽ propter ipsam innoxius effudisti. ¶ Unde gloriosissime dñe/ tuum omnipotẽs dñium: debet non ĩmerito cunctis gentibus dñari: vt illud qđ per creationẽ ꝛ recreationem simul nobis bona contulit infinita. quia tua nos deitate omni bonitate plenissima creasti: ꝛ tua nos humanitate sanctissima recreasti. quare nos sumus serui tui propter deitatem tuã que de nichilo nos creauit: ꝛ alio modo serui tui propter humanitatẽ tuam que nos condemnatos ꝛ perditos reparauit. ¶ Domine deus totum humanũ genus deberet de tuo excellentissimo dñio ꝛ de seruitute sua: continuã facere mentionem. quia nullum dominiũ est ita honorabile neq; vtile sicut tuum: nec prestat tot bona suis subditis in hoc seculo vel futuro: neq; aliqua seruit⁹ est similiter ita honorabilis aut vtilis sicut illa q̃ tuo dominio debet reddi. ¶ Dñe iesu christe/ benedicta sit tua sancta ordinatio: quia tu redemisti totam humanam speciem ieiunijs/ angustijs/ dolorib⁹/ laboribus/ orationibus/ lachrymis/ vulneribus: ꝛ finaliter amarissima morte tua. ¶ Cum tu ergo dñe deus redemeris nos omnib⁹ passionib⁹ his predictis. nõ est mirum si tu nobis omnib⁹ dñaris: quia nos videmus ad oculum ꝙ serui empti a suis dominis ꝑ denarijs: ab eis dum vitã agũt in hoc seculo possidẽtur et optet eos ipsorũ satisfacere voluntati. quanto rationabilius igitur sine comparatione aliqua tu debes toti humano generi dominari qui ipsum emisti tuo proprio corpore precioso. ¶ Redemptor noster deus sicut in cyrographo emptionis quãdo aliquis seruum emit/ fit mentio de denarijs quibus seruus emitur: sic lignũ sancte crucis in qua tu fuisti suspensus/ figurat precium quo nos tuos famulos emisti. ¶ Rex immortalis deus omnipotẽs ꝛ eterne: in te paternitas/ filiatio/ ꝛ ꝓcessio sancti spirit⁹ agnoscat.

quia tu voluisti q̄ tua sancta humanitas venderetur
quam tu misericors assumpsisti: vt nos a potestate
diaboli liberares: ꝛ vt tuum dominiũ nosceremus.
¶ Dñe deus quando quis sibi propriis denariis ser
uum emit: non illum emit vt eũ restituat libertati: sed
vt ipsi seruiat tanq̄ seruus: ꝛ vt suam emptoris vide
licet compleat voluntatem: tu vero dñe iesu christe
emisti nos: vt nos a seruitute demonis liberares: ac
restitueres pristine libertati in qua eramus ante ino=
bedientiam ꝓthoplasti ¶ Ergo qđ dominiũ vel que
emptio potest tuo dñio vel emptioni in aliquo cõpa
rari. quia tu es vere dñs vt sint oẽs liberi quos emi=
sti: sed omnes alij dñi (vt predictum est) emunt suos
seruos vt semꝑ subiaceãt iugo seruitutis. ¶ Singu
laris dñe potentissime. sicut nemo posset existimare
maximum precium quo a diabolo nos emisti: sic ne=
mo posset intelligere vel percipere seruitutẽ quã tuo
dominio recognoscere debemus. Et sicut tuũ excel=
lentissimum dominiũ propter excellẽtiã nobilitatis
tue diuine essentie demõstrat: sic ostenditur nobis et
significatur q̄ tuo sum⁹ subditi dñio in maxima ser
uitute: ꝛ hoc ꝓpter maximũ preciũ qđ pro nobis i ser
uitute demonis positus tribuisti. ¶ Compatiẽs dñe
et benigne/ sicut intellectus humanus minime itelli
git nobilitatis excellentiam tui deus: sic minime in
telligit maximum dominiũ qđ misericorditer preest
nobis. ꝛ quanto nostra fragilitas ꝛ miseria in nobis
ostenditur esse magna: tãto nostra seruit⁹ tuo subdi=
ta dominio esse magna pari ratione monstrat. ¶ Iu
ste dñe deus noster. cum tu sis virtutũ ipsa perfectio:
conueniens fuit rationi/ q̄ cũ precio charissimo hu=
manũ genus emeris a diaboli seruitute (qua ab ipso
grauiter premebatur) ipsum maiori sit obedientia ti
bi subditũ: q̄ꝫ aliquid possit esse: ꝛ hoc propter ma=
ioris ꝛ charioris precij emptionem ¶ Cũ tu dñe de⁹
preesse oibus debeas dominij summo gradu: opor=
tet q̄ humanũ genus subdatur tuo dñio in summo
gradu seruituris que vllo modo esse possit. vnde pro
pter talem consequentiã siue conuenientiã: oportuit
vt nichil ita charo precio emeretur sicut humanũ ge
nus qđ tu emisti benedictissimo tuo corpore: ꝛ san=
guine ꝑciosissimo. ¶ Ad hoc vt nr̃a seruit⁹ eẽt ma=
ior: oportuit q̄ preciũ quo nos emisti meliori tẽpore et
magis etati humane congruo solueretur: q̄ꝫ vllo mo
do possit esse. vnde cum cõpetentius tempus quod
humane etati possit esse/ sit tempus triginta annoꝝ:
propter hoc placuit tibi nos emere in competentiori
tempore triginta annorũ videlicet qđ tue etati com=
petentius congruebat. ¶ Rex regum deus ꝛ domi=
ne dominantiũ: iustũ est ꝛ consonũ rationi q̄ quãdo
vassallus patitur amore domini sui famẽ/ labores/
angustias/ aut dolores: ꝛ q̄ꝫplures alias passiones:
vt remuneretur a suo dño pro quo patitur tot ꝛ tãta.
¶ Unde cum tu dñe iesu christe/ sis dominus domi
norum/ et tot passiones pro redẽptione humani ge
neris passus fueris in hoc mundo: quantũ tenetur
totum humanũ genus diligere ꝛ laudare te ꝛ tibi hu
militer toto posse seruire? ¶ Cogitando ꝛ recogitan
do predictum modũ: humano intellectui reseratur
maximum dominiũ qđ debes habere suꝑ omnes se
culi nationes: ꝛ maxima seruitus similiter que ipsis
est imposita ad seruandum tui dominij iussiones.
¶ Deus infinite ꝛ inestimabilis bonitatis: ita est di
gnum/ iustum/ ꝛ rationabile q̄ tu sis dñs ꝛ nos serui
vt nemo quãtũcũq̄ꝫ subtilis ꝛ ingeniosus sit: possit
huius cõuenientie discrepantiam in minimo vel con
trarium inuenire. Quia si omnes hoĩes qui nũc sunt/
fuerunt/ vel adhuc futuri sunt in carne sine fine ꝛ cõ=
tinuo cogitarent an possent causam aliquã inuenire
q̄ tu non deberes esse dñs ꝛ nos serui tui: inter om=
nes non possent minimũ instãs tẽporis inuenire: in
quo non deberes creaturis oibus dñari: vel q̄ ipsi
non deberent tuo dominio subiacere. ¶ Unde cum
in tempore nequeat cadere priuatio tui dominij: vel
nostre seruitutis: infinite est tibi propriũ te humano
generi dominari: ꝛ sine fine est ꝓprium humano ge=
neri q̄ tuo sit dñio subditum ꝛ submissum. ¶ Domi
ne deus tibi honor ꝛ reuerẽtia nunc ꝛ semꝑ: qui cha=
rissimo precio nos emisti. sed valde miror de q̄ꝫpluri
bus hoĩbus qui seipsos in hoc mũdo q̄ꝫplurimis do
minis submiserunt a quibus nulla beneficia recepe=
runt pro quibus eorum dñi effici mererentur: verum
seipsos ex mera stoliditate illorum dominio subdide
runt. ¶ Unde de maioribus fatuitatibus que vllo
modo possint esse/ est hec vna: q̄ aliq̄s se seruum fece
rit illorum a quibus nec vtilitatem aliquam cõsequi
tur neq̄ꝫ bonum: ꝛ qui digni non sunt ei in hoc secu=
lo dominari: tuum autẽ dominiũ fugerit qđ q̄ꝫpluri=
mis causis ꝛ rationibus est dignũ preesse omnib⁹ tã
in hoc seculo q̄ꝫ futuro. ¶ Dñi qui possident quenq̄ꝫ
seruum fatuũ in hoc mundo sunt mũdani homines/
superbi/ iactatores: ꝛ inanẽ gloriã amplectentes/ q̄
nullum merentur habere dominiũ vel honorem. tu
vero mereris tua dignitate dominari omibus crea=
turis. q̄ꝫ igitur infelices sunt ij qui propter tales ina
nes et friuolos dños (si domini nuncupari possint)
tantum dominũ et tã nobilẽ quẽadmodũ es derelin
quunt ¶ Sanctissime dñe fragilium fortitudo. sicut
homo qui emit aliquẽ equum vel aliud quadrupeda
le animal ducit illud vt rem propriam ad hospicium
suum per frenũ aut camũ aut aliud vinculum: sic do
mine te humiliter oramus vt nos emptos tuos tãq̄ꝫ
rem tuam ꝓpriam ducas ad hospicium tue requiei:
et in tuo nos vincias amore. ¶ Domine deus si ser
uus emptus denario a suo dño nullam habet excu
sationem ocio vacandi (si tamen sanitas fuerit illi co
mes) sed semper astringitur sui domini complere vo
luntatem: quis nostrum potest aliquã excusationem

pretendere quando tota die vagabundus est & ociosus laudes tibi impēdere cessans cum tu nos ꝓpter ad hoc emeris vt laudes & gloriā cōtinuo tibi dem⁹. ¶ Cum nos pluribus causis efficacibus atq̧ iustis tuo subesse imperio debeamus: tibi humillime supplicam⁹: vt nō permittas nos esse in hoc seculo ociosos: sed semꝑ ad tuū honorem / reuerētiam / laudes / et gloriam excitatos ¶ Deus qui odium & discordiā transfers in cōcordiam & amorē q̄ꝑplures hoīes sunt qui modico precio emūt multa que sunt ipso precio longe meliora: sed tu pater misericors nō taliter nos emisti. quia preciū fuit longe melius ipsa emptione sicut potest intellectui cuiuslibet patefieri euidenter. ¶ Unde licet dn̄e deus nos simus fragiles / miseri / atq̧ viles / respectu habito ad precium quo perditos nos emisti: tuam clementiā humiliter imploramus et deuote: vt conditionem nobilites nostrā vilē /. ita q̧ in bonitate sit aliqua conuenientia inter tuum precium preciosissimum et nos emptos: vt quēadmodum precium bonū est: sic bona ipsa emptio cōsequēter. nam honor maximus est semper bono dn̄o / quādo sunt boni & honorabiles serui sui. ¶ Cōfiteamur ergo omnes pariformiter nos sicut seruos humiles et obedientes tuis mādatis: subiacere tuo dominio nunc et semꝑ. & recognoscamus corde / animo / & operibus q̧ tu verissime es solus omnium vnus deus.

¶ Incipit decimaquinta distinctio in qua tractatur de diuina sapientia.

¶ Qualiter deus est sapiens in sua diuina essentia.

DEus qui fulges inter tenebras vera luce: laus & gloria sit tue diuine essentie nunc & semꝑ. q̄ in sciētia qualibet es ꝑfectus: in hoc q̧ tua voluntas est dedita omni bono: & tua potestas scit oīa ꝑfectissime oꝑari: & tua sciētia nichil aliud scit facere nisi bonū. ¶ Cū in te dn̄e deus / omnes ꝑfectissime sint virtutes: oportet q̧ in te sapientia sit ꝑfecta. cū vero in nobis virtutū oīm sit defectus. ob hoc scientia defectū patitur in hoīe quocūq̧ ¶ Causa quare oīs sapientia est ꝑfecta in te: & in nobis omnibus imꝑfecta est ista. quia tue virtutes nullatenus terminant̄. nam quicq̄d est in te est totaliter infinitū: & quoniā sensus hūani in quolibet terminātur: oportet v̄tutes q̄ sunt in hoīe terminari. ergo ꝓpter terminationē sensuū que sunt ī hoīe: oportet sapientiam hoīs terminari. ¶ De⁹ vera ꝑfectio charitatis. homo q̄libet habet in se imꝑfectionē sciētie: eo q̧ sensus sui intellectuales sunt adinuicē inequales. quia vniuersaliter sequit̄ de quocūq̧: q̧ habet nimiā animositatē vel nimis modicā. vel nimis amplā cōscientiam. vel nimis arctā: & sic de aliis sensibus intellectualibus. ¶ Propter hoc ergo quia sensus hominū terminant̄ & sunt in quolibet vel in nimia quātitate vel modica: non inest hominibus sapiētia operandi vel faciēdi hoc q̄d faciūt ordinate ac perfecte. quia omnib⁹ suis operationib⁹ plus minusve īest ꝑ et quecunq̧ faciūt nimis cito faciūt & velociter: vel nimis tarde & lente ac minus expedite. sed nō est ita de tua sapientia benedicta: quecunq̧ enī tua sapientia operatur: oīa oꝑatur ordinatissime / ꝑfectissime / & complete. ¶ Deus imꝑfectorū vera perfectio & perfectissimū complemētū. tua diuina essentia est natura adeo perfectissime ordinata: q̧ inordinatio aliqua in ea cadere non est potens / nec aliquid q̄d tu facias vicium vllū tangere potest. at ecōtra fit oīno in hoīb⁹. nam intantum sequitur nos inordinatio (peccatis nostris exigentibus) in oībus factis nostris. q̧ q̄cūq̧ fere facimus viciis coadherent. ¶ Deus ꝑfectissime bonitatis. Tante virtutis & tante ꝑfectionis est tua scientia perfectissima q̧ nullus vnq̧ quātūcunq̧ sciret vel intelligeret eam fallere potuit. nec eam latere: neq̧ ab ea abscondi aliqua potuerūt. ¶ Tue sapientie sanctissime dn̄e deus noster: virt⁹ & gloria tribuatur. quia oēs alie sapientie a tua solūmodo oriuntur & respectu tue oēs alie sunt friuole / fragiles / & ianes. ¶ Deus cui inest scientia infinita Tanta est tua sciētia & ita excellentis nobilitatis: q̧ quotiens volum⁹ tue nostrā scientiam adequare: cadit in nobis tanta mentis ebetatio & tanta ignorantia intellectus: q̧ caremus breuiter omni sensu & quolibet intellectu. sed quando nos attribuimus tue scientie omne scibile sicut decet: & nostre sciētie omnē ignorantiā & defectū: tunc nostra scientia in nobis proculdubio augmētatur. ¶ De⁹ cui oīm conscientie cordiū patefiunt Cū tua sapientia sit summa / maior / & melior q̄ aliquatenus possit esse: & stulticia q̄ est in mūdanis hoīb⁹ sit summa & maior q̄ similiter possit esse: ꝓpterea ferme omnes qui sunt apud te dn̄m sapiētes / iudicant̄ ab hominibus stultissimi & amētes / respectu habito ad sapientiā huius mūdi (si sapientia debet dici) & quicunq̧ fere iudicantur in hoc mūdo ab hoībus sapiētes: corā te habentur fatui & deuiantes. ¶ Unde secundū hoc sequit̄ q̧ vera sapientia in mūdanis hominibus nō consistit: licet sapientes ab hoībus nuncupētur: sed in illis cōsistit hoībus qui stulti ab aliis sunt vocati. ¶ Quare ꝓpter predictā rationē tue benignitati copia reddita gratiarū: ego indign⁹ famulus tuus nūc reputo & cognosco q̧ illi penitus erant stulti / q̄ vocabāt me in meis oꝑib⁹ sapientē quando ego illicita & vetita operabar. et nunc illos agnosco ediuerso sapiētes qui me tunc fatuissimū reputabāt quando erā inobediens tuis iussis ¶ Deus qui nos protegis a rebus nobis contrariis & nociuis. sicut tu es sapientissimus propter perfectionē virtutū / q̄ iest tue maxime bonitati: sic nos recte per cōtrariū sum⁹

q̄plurimum ignorantes ⁊ hoc propter abundātiam viciorū q̄ nostre malicie insunt. ¶ Causa quare oēs homines sunt generaliter ignorantes est hec. q̇a potentia sensitiua trahit eos ad diligendū plus seipsos q̄ te vel suū proximū cōtra iudiciū rationis. ⁊ ꝓpter hanc irrationabilitatē/quasi oēs stulti equo iudicio sunt censendi. ¶ Unde cū humana natura plus ad stultitiam q̄ ad sapientiam trahat oēs: oportet si homines cupiūt sapientie adherere: q̄ totū affectū suū habeant ⁊ animū ad te/cui sapiētia inest oīs et non sequant naturā q̄ inest eis ratione potentie sensitiue. ¶ Fons totius sapientie sancte deꝰ. Cū a fonte tue exuberantissime sapiētie oēs alie sapientie orantur et ego nefandus peccator sim culpe criminis/⁊ totiꝰ stultitie fons inundās: dignare michi prestare ꝑ tuā benignissimā pietatē q̄ ego (omissis predictis viciis) sciam eis q̄ sunt tue sapiētie adherere ¶ Dignare ergo pater misericors meā miseriā adiuuare/ ita vt prestes michi tantā gratiā q̄ sim adeo sapiens: vt secundū cursum mee nature fragilis nō incedā. et q̄ vincere possim memetipsum. quia sic ego acquiram michi magnū meritū in vicēdo. ¶ Unde cū ego ipse defectu sapientie natura ꝑ me solum nequeā vincere mee nature stulticiā. ergo pater piissime nisi tu q̄ es pater sapientie me adiuueris in hoc casu: nequit in me vera sapiētia pullulare. quare te precor vt tibi placeat me adiuuare. ¶ Deus cuius lucē nulle tenebre comprehēdunt. maior stultitia ⁊ magis contraria sapientie videtur michi: q̄ sit cuilibet ratione vtēti seipsum suppeditare ac submittere rei subdite ignorātie: ⁊ ceteris viciis huius mūdi. sed cū ego sim talis qui semꝑ hoībus peccatoribꝰ me submisi qui erant subditi vanitatibꝰ ⁊ voluptatibꝰ huius seculi victosis: de tanto facinore nō immerito tibi teneor rationem reddere. ¶ Quādo q̄s dn̄i serui ⁊ captiui seruꝰ efficitur: quāto seruitus sui dn̄i crescit: tāto similiter seruitus sua accipit augmētū. ¶ Unde cū ego feceri meam aīam corporis eē seruā: qđ est seruum ⁊ subiectum pluriū viciorū: ⁊ fragilitatibꝰ ac miseriis subiacet q̄plurimis. quāto plus corpus meū oibus istis pessimis dn̄is est submissum: ⁊ quāto magis seruitꝰ ipsius quotidie crescit: tāto plus captiuitas mee aīe augmētatur. ¶ Unde cum ꝓpter defectū sapiētie/⁊ maximam abundātiā stulticie/ego fecerim meā animam corporis esse seruā: ⁊ propter maximā captiuitatem cui corpus subest/mea aīa ad inestimabilem deuenerit seruitutē: tuam sapientiam excellētissimā humiliter precor: q̄ ipsa digneť ei tribuere sapientie tantū munus: vt sciat se spoliare ab omni corporis seruitute ⁊ tibi soli obsequium reddere. Deus cuius sapiētia numerari nequit. quicūq; cupit esse sapiēs oportet eum habere in se fidelitatem/ sciētiā/ ⁊ amorem: et sine istis tribus impossibile est esse aliquem sapientem. ergo tanto tempore a me sapientia fuit absens: quanto predicta tria michi indigno tuo famulo defuerunt. ¶ Item quicunq; cupit esse vere sapiens: oportet eum inniti illi soli sapiētie propť quā apud te solum sapiens quis habetur: ⁊ quasi abhominibus stultissimus reputatur. ¶ Item quicunq; affectat veram sapientiam adipisci: oportet eū inter bonum ⁊ malū aduertere maximam differētiā ⁊ hāc diligēter notare: ita q̄ minori bono cōparet maiꝰ bonum: ⁊ minori malo cōparet similiter maius malū: et oportet q̄ fugiat malū/bonū capiēs affectanter: ⁊ vt citius ac libētius maius bonū sumat q̄ minus: ⁊ citius (si ipsum de necessitate oporteat) minus malū q̄ maius. sed ego vt stultissimus feci omnino contrarium vsq; modo. ¶ O diuina eternitas sine pricipio et sine fine. Adhuc oportet illum qui in se verā sapiētiam vult habere: scire facere differentiam inter possibile ⁊ impossibile. ita vt fidem adhibeat cunctis illis que esse possibilia sunt in natura ⁊ nequaq̄ illis que esse impossibilia sunt. ¶ Illum qui plenarie sapiēs cupit esse: oportet cognoscere omnē perfectionē bonitatis et virtutū similiter ceterarum tibi esse ascribendam. defectū vero nullum aut impossibile. at in se cognoscat omnē defectum virtutum a c originem viciorum. ¶ Si quis igitur hoc modo predicto te dominum deum agnouerit adeo perfectum/⁊ seipsum sic penitus imꝑfectū: proculdubio veram sapientiā consequiť. ⁊ quāto meliꝰ hoc cognoscet: tāto plus in eo sapiētia vera crescet. ¶ Tibi dn̄e deꝰ oīs virtus ⁊ gloria prebeať: ⁊ omnibꝰ illis sapientia cognoscať: i quorum cordibus vera fides ⁊ vera credulitas ꝑseuerat: et spes eorū ⁊ amor inhabitāt i misericordia tui deꝰ: eo q̄ consequi a te veniam in hoc seculo meruerunt. ¶ O q̄ maxima cecitas excecauit fere oēs hoīes huius mūdi. q̇a omnes quasi vocāt illos sapiētes qui quocunq; modo sciūt bona tēporalia congregare et illos fatuos q̄ ꝓpter restitutionē suarū iniuriatum ⁊ suorum parētū diminuūt bona sua. ¶ Sed q̄ beatꝰ est ille/qui ꝓpter talē diminutionē suarū in hoc seculo facultatum potest stultus ab omnibus nūcupari. quia sibi coronā parat illorum derisio: ⁊ q̄ sic ab hominibus illuditur habeť sapiens tibi deo.

¶ Qualiter deus est sapiens in omnibus factis suis.

Deus qui facis et ordinas omnia sapienter: tue sapientie omnis laus et gloria tribuatur. quia sicut inest proprie omnibus fluminibus q̄ ad mare a quo exeunt reuertantur: sic inest tue sapiētie ⁊ ceteris tuis virtutibus: q̄ omni perfectione bonitatis perficiantur ordinatissima. ¶ Unde quia tue sapientie proprietas inest talis: oportet vt quecunq; fecisti facis/et facturus

es: feceris facias et facturus sis totaliter sapienter.
¶ Domine deus cum nos culpabiles simus tibi/q̄a
ob culpas nostras cecidimus in peccata: accidentali
ter resilimus ab ordinatione in qua nos tua sapiētia
condidit/et lapsi sumus in iordinationē fere in oib⁹
factis nr̄is. ¶ Dn̄e deus cui⁹ sanctificatio nominis
ꝑ totū seculū exaltatur. vsq̄ adeo fecisti oīa sapiēter:
ꝙ ꝓpter maximā sapientiā ⁊ ordinationē quā ī om
nibus tuis factis ⁊ opibus posuisti: nichil aliud pre-
ter te possidet vero modo aliq̄d de his oibus q̄ feci-
sti/nec aliquid est dignū esse liberū preter te dn̄m de
um nostrū. ¶ Sed quia nos sumus vacui sapientia
et stultitia quasi pleni/sumus alij nostrū serui et fa-
muli aliorū: talis autem seruit⁹ nō est essentialis sed
accidētalis q̄ potius inest cūctis. ⁊ nisi in nobis esset
defectus sapientie: aliquis nostrū nō esset captiuus
alterius neq̄ʒ seruus. ¶ Benedicta sit dn̄e deus tua
ordinatissima sapientia: q̄ ordinauit ꝙ quādocunq̄ʒ
nos bona opa fecerimus/ea faciamus ꝓpter naturā
⁊ ꝓprietatem tue sapiētie ꝑfectissime/⁊ ordinauit ni
chilominus ꝙ quando male in hoc seculo opamur/
ea que stulte ac ꝑuerse agimus: ꝓueniant accidenta
liter ꝓpter naturā nostri defectus ⁊ stultitie/q̄ acci-
dentario sunt nobis. ¶ Eterne dn̄e tibi oīs ꝑfectio
cognoscatur. quia tanta ꝓfunditas sapientie est in
te/ipsa eni creauit in libero arbitrio vnūquēq̄ʒ/et fa-
cit hominē ꝑuenire ad hoc ad qd̄ est p̄destinatus: ni
chil tamē obstat sit ordinatus ad merendū gloriam
siue penā. ¶ Tanta est dn̄e deus tua omnipotēs sa-
pientia vt nemo q̄ʒtūcunq̄ʒ ingeniosus sit vel subti-
lis: possit cogitare vel ꝑcipere maximā sapientiam
que est in creatione hominis qua eū de nichilo crea-
sti in hoc mūdo/⁊ q̄ est similiter quādo ipsi tribuis li
berū arbitriū ad volendū illa que ei sunt predestina
ta/que a tua scientia eternalit̄ sunt preuisa. ¶ Unde
benedicta sit tua cūcta prenoscens sapientia/q̄ libere
facit opari hominē in hoc mundo/⁊ facit eū ꝑuenire
ad hoc ad qd̄ est predestinatus a te domine ab eter-
no/ita ꝙ nō ꝑuenit ad illud ꝑ ꝯpulsionē aliquā vt co
actus: sino deducit̄ ad hoc ꝑ suam liberā volūtatem
vt libere penā vel gloriā mereatur. ¶ Juste dn̄e iu-
dicans equa libra. tu ordinasti rectissime ꝙ quicūq̄ʒ
te diligat et seruet in hoc seculo tua p̄cepta: talis sa-
piens habeatur. ⁊ cōtra quicūq̄ʒ te nō amat neq̄ʒ ser
uat mandata nobis tradita ad seruandū: sit stultissi-
mus ⁊ ignorans. ¶ Unde tue sapientie talem ordi-
nationem placuit ordinare/vt ij qui incedūt ꝑ cur
sum et modum sapientie: efficiantur eterne parady-
si glorie possessores. et alij qui incedunt per cursum
et modum stultitie: consequantur penas perpetu-
as in inferno. ¶ Quoniam domine deus omnia
tua facta et opera sunt in tanta ordinatione sapien-
tie: omnes debemus in tua benedicta sapiētia q̄ʒplu
rimum exultare. et cum nos simus tanta stultitia et
ignorantia obcecati: valde debemus de tanta stul
titia et ignorantia erubescere et habere confusionem
maximā/tristitiā/atq̄ʒ dolorē. ¶ O p̄nceps p̄ncipū
⁊ dn̄e dn̄oꝝ: q̄cūq̄ʒ ꝑfecte esse cupiūt sapiētes ꝑenit⁹
debent tibi attribuere q̄cq̄d habēt/ita ꝙ nichil retine
ant sibiipsis: multi tn̄ fatui sūt q̄ tibi aliquā ptē p̄bēt
de seipsis/⁊ de his q̄ possident ī hoc mūdo: ac totū re
siduū sibi retinēt ꝓ suo libito volūtatis: ⁊ hoc credūt
eis sufficere ad salutē. quare tales perfecta sapiētia ca
rent/quia nichil deberēt retinere sue ꝓprie volūtati.
¶ Sed si ipi tibi tribuerēt q̄cq̄d habent/ita ꝙ tibi to
to corpore et aīa deseruirēt: haberent̄ vere sapientes
apud te dn̄m deū nostrū. ¶ Quia tua sapiētia nichil
vult p̄termitti ab aliq̄ de oib⁹ his q̄ tibi dn̄o possiunt
dari: sed totū i̅tegre vult habere. attamē benignitas
tue sapiētie nichil exigit ab aliquo vltra posse/neq̄ʒ
illud qd̄ ad actū a nemie cōgrue posset duci. ¶ Dn̄e
de⁹ q̄ tuos fortificas seruitores. sicut bonus edifica-
tor parietes recta linea opat̄: sic quicq̄d tu creasti vel
fecisti totū creasti ⁊ fecisti recta linea ⁊ regula sapien
tie ordinate/vt nullus defectus in tuis factis vl' opi-
bus cōtingat inueniri. sed nō est ita de fragilibus ho
mib⁹ hui⁹ mūdi. nā fere oīa sua facta ⁊ opa sūt extra
sapiētie regulā/⁊ extra rectā lineā collocata. ¶ Pat
misericors deus postq̄ʒ nr̄m p̄ncipiū iuuētutis/stetit
longo tpe i via stultitie/⁊ i op̄ib⁹ peccatoꝝ: te suppli-
ces clemētissime oramus/vt tribuas nobis gratiā ꝙ
finis nr̄e senectutis vera sapiētia terminet̄. ¶ Cū sum
ma sapientia sit vnūquēq̄ʒ per vias planas incedere
et securas ac deuia deuitare/⁊ in societatem illorum
pergere qui ex toto corde suo ⁊ anima te postulant ⁊
requirunt: tuam misericordiā imploramus lachrimā
do/ꝙ nos separes a ꝑuerso malignoꝝ collegio ⁊ stul
torum/reducens ad beatissimū consortiū sapiētum
qui erunt de numero electorum. ¶ Si quis vult sa-
pienter in hoc seculo operari: prius debet considera-
re ipsius operis causam finalem/et qua intentiōe fa
cit ipsum opus: deinde potest ꝑcipere vtrū bonū vel
malū sequatur de ipso opere cōsūmando: at fere ma
iori parti hominū hec sapientia deficit. quia q̄ʒcito
habent voluntatem aliquid faciendi: tā cito incon-
sulte absq̄ʒ preuisione cause finalis volūt ipsum du-
cere ad effectū. ¶ Sapiens homo quādo ei suggeri-
tur a demone vel ab aliquo alio pessimo homie/ma
lū aliqd̄ faciendum: statim incipit discernere vtrum
hoc ad qd̄ instigatur sit ei vtile vel nociuū. ⁊ ita fina
lem respicit semꝑ causam/amplectēs vtile/et fugiēs
qd̄ est ei nociuū atq̄ʒ dānosum. ¶ Item ille habetur
apud te dn̄m vere sapiēs ⁊ discretus/q̄ quādo ipi de
ficit certitudo/sapiētia/seu potestas sciēdi viā elige
re tutiorē: imediate p̄munit se fidelitate ⁊ iusticia/cō
fidēs de misericordia ⁊ gratia tui deus. hic cōstat mi
nime sapiētes eē eos q̄ quādo de dubijs nesciūt me
liorē ⁊ saniorē ptē eligere: seipos cōfidētia tue gratie

non cõfortant. ¶ Dñe iesu christe: oẽs deberẽt exemplū sumere de tua sapiẽtia quā in hoc seculo habuisti. qꝛ tu a ꝑncipio tue natiuitatis vsqꝫ ad obitū tuū sapiẽtissime fecisti oĩa facta tua: at ego indignus famulus tuus a ꝑncipio natiuitatis mee/ vsqꝫ quo tricesimū ānū attigi/ stulte fui in hoc sc̄lo semꝑ sine interuallo aliquo cõuersatus. tunc vero ꝑ tuā gratiam ego icepi tue sapiẽtie recordari/ ⁊ affectaui tuas laudes oĩbus nūciare/ mẽte mea semꝑ postea cogitans tue amaritudinẽ passiõis. Unde sicut sol habet maiorẽ feruorẽ estus ⁊ caloris hora meridiali/ ꝙ̄ in aliq̄ hora diei: sic ego fui ī feruore magne stultitie vsqꝫ ad mediū tẽpus mee etatis. sed tuā sapiẽtiā humiliter ꝓcor ꝙ ipa michi infundat tantā sapiẽtiā ī fine mee etatis: ita vt vltima etas mea redimat totū ꝑteritum tẽpus. ¶ Cū peccatū et stultitia ita me debilitauerit ⁊ reddiderint vsqꝫ adeo fragilem/ ꝙ nullus locus est in me in quo sapientia valeat ꝑmanere: aut ꝑ quē introire possit: adminus tibi humiliter supplico ⁊ deuote/ ꝙ in me istam sapiẽtiā tibi placeat collocare. vt tibi cupiam in hoc seculo semꝑ corde ⁊ animo seruire: ⁊ vt mori nõ dubitem ꝓ tuo noĩe exaltãdo: semꝑ tuā recolens passionẽ. ¶ Perfectissime dñe a q̄ ꝑfectionẽ accipiūt cũcta bona: tibi honor et glĩa sit semper. sicut supabūdãtia stultitie sapiẽtia me priuauit: sic oro simpliciter supabūdantiā tue sapiẽtie sancte deꝰ: vt faciat verā sapiẽtiā me amplecti dū vita fuerit michi comes. ¶ Causa quare oĩa tua oꝑa sunt sapiẽtissime a te facta/ est hec. qꝛ q̄cūqꝫ tu facis: facis hac intentiõe/ vt cognoscaris ab hominibus eẽ talis/ qualem tua facta ⁊ oꝑa te demõstrant: ita vt tibi impendat tale seruitiū: q̄le tam honorabile dominiū decet. quare oĩa q̄ fiūt ab hominibus quacũqꝫ alia ratiõe nisi vt tibi (quẽadmodū decet te tãtū dñm) seruitiū impẽdat: sunt facta inanit̄ atqꝫ stulte. ¶ Qui bene vult cogitare vel ꝑcipe quot homies sunt q̄ omne qḋ faciunt vel cogitant/ nõ ad tuū seruitiū faciūt vel honorẽ: sed fere suā sequūtur volūtatẽ ī oĩbus factis suis: euidẽter poterit ꝑcipere plura fieri ab hominibꝰ in hoc mūdo q̄ fiūt stulte ⁊ ꝯtra sapiẽtie veritatem. ¶ Dñe deus: quis nosti numerum electoꝝ. illi sunt nõ imerito sapiẽtes q̄ eligūt ⁊ cõplectunt res sibi vtiles/ ⁊ fugiunt res inutiles ⁊ dãnosas/ hinc bono adherẽt ꝑ verā noticiā q̄ ꝑ modū vere sapiẽtie inest eis. vnde tales ꝓpter notitiā quā habẽt de rebus valde vtilibus: ea que sunt vtilitatis modice vilipendūt/ ⁊ ꝓpter notitiā quā habent de rebus valde dãnosis nõ dubitant ꝑeligere ea que modicū dãnū prebent. ¶ Ergo illi sunt totaliter sapientes: qui sciūt facere differẽtiā inter finita ⁊ infinita: ita vt ꝓ ifinitis/ finita omnia derelinquāt. quia nullus sapiẽs debet dubitare ad patiẽdū labores finitos/ nec finitas huiꝰ seculi passiones: quãdo alterius seculi passiões ⁊ penas recolit infinitas. ¶ Qui verā sapientiam vult habere: amoris subiiciat se tutele. quia amor est virtus a deo nobilis sapiens in omnibus/ et discreta: ꝙ omnes illi q̄ ipm recto tramite intuūtur/ ab omni stultitia ꝓteguntur a vera sapientia minime deuiãtes. vnde dignare piissime gratiā facere michi tantā vt virtus amoris in hoc seculo sit michi: ad hoc vt a tuis mãdatis deuiare nequeā/ nec a tua vera sapiẽtia sancte deus.

¶ Qualiter diuina sapientia elicit bonum a malo.

DEus cuius actus semꝑ in bonū ducitur: tibi omnis honor ⁊ reuerẽtia tribuatur. quia tua sapientia de nichilo cũcta creat: ⁊ nichilū/ esse quolibet est priuatū: ergo prout nõ esse/ esse priuatur: est malū non esse/ habito respectu ad rem habẽtem esse. hinc secūdū verā ordinationẽ malus bonū sequit̄ ꝙ creature de nichilo sint create/ ꝙ̄ si de aliquo crearent̄. vnde ꝓpter hoc tua benedicta sapientia elicuit bonū de nichilo/ qḋ est malū respectu ipsiꝰ esse qḋ est bonū ī hoc ꝙ ipa tua sapiẽtia creauit de nichilo creaturas/ que sunt bone propter sui creationẽ. que ad esse deuenerūt totaliter de non esse. ¶ Dñe deus tua sapiẽtia ordinauit ꝙ malū qḋ est in demonibꝰ: sit pena/ sit causa ⁊ occasio angelis maioris beatitudis glorie paradysi. quia quãto plꝰ demones cruciantur: tanto plus angeli cognoscunt suam gloriā ⁊ gratiā eis factam. ¶ Totius seculi rector deꝰ. tua sanctissima sapiẽtia elicuit maximū bonū a peccato ꝑmi hominis (qḋ fuit inestimabiliter magnū malū) in hoc ꝙ tu ꝓpter illud humanā speciem recreasti. vnde quis posset existimare maximū bonū qḋ affuit humano generi/ ob tuā recreationẽ salutiferam: quam habuimus ꝓpter inobedientiā ꝓtho plasti. ¶ Pater misericors deus: tanta est tua sapientia benedicta: ꝙ a grauibus peccatis q̄ nos cõmittimꝰ peccatores: facit oriri noticiā (iustis et beatis) maxime beatitudinis glorie paradysi. nā ipsi noscūt ⁊ ꝑcipiūt suā beatitudinem/ ꝓpter penas iestimabiles peccatoꝝ. ¶ A tuis inumerabilibus passiõibus/ et a morte tua amarissima quā passus fuisti in hoc mundo pro salute humani generis: ꝓcedit et oritur eterna requies in gloria numero electoꝝ. ¶ Ab aliis grauibus passionibꝰ/ quas in hoc sc̄lo tolerasti ⁊ a morte quā subiisti finaliter ꝓ humano genere redimẽdo: est relictū exẽplū vniuersis gẽtibus/ tibi omne seruitiū ipendẽdi/ ⁊ te corde ⁊ aĩo diligẽdi/ q̄ tantā nobis gratiā cõtulisti. quā cogitare vel ꝑcipe nemo potest. ¶ Tuā inumerabilẽ sapiẽtiā/ oẽs glorificẽt natiões qꝛ sicut tua icõꝑhẽsibilis sapiẽtia elicit bonū a malo: sic nr̄a debilis ⁊ fragilis scientia/ facit ī malū ꝙ̄ plura bona ⁊ vtilia deuenire. ¶ Domine deus si q̄s sapiẽs vellet esse; ipse posset elicere verā sapiẽtiā a stultitia

et a defectu ꝑncipiū ⁊ magnatū/⁊ hoc ſi oparet̃ facta
⁊ opa/factis ⁊ opibꝰ ꝯtraria corūdē. ¶Sapiētiſſime
dñe homo ſapiens ſuā ſalutē ⁊ cōmodū ſemꝑ facit:
quādo ꝑuerſa rentatiōe aliqua eſt tētatus. ⁊ quanto
maior eſt/⁊ peior eſt ſua tētatio ĩ hoc mūdo: tāto plꝰ
conat̃ ei reſiſtere ſuo toto poſſe. vnde cū quaſi oīs tē-
tatio ſit mala in ſe/⁊ ſit maxima ſapiētia ipſi reſiſtere
poſſe: maxima corona meriti ab illis acquirit̃/ q̇ ma-
lis tētatiōibus reſiſtere ſciūt. ¶Deꝰ qui ꝑſcrutaris mū-
dos corde. tūc ſciunt bonū a malo elicere ſapientes:
quādo cadit in ſuis cogitatiōibus mala opa ꝑpetra
re. quia dū ipſi ſunt mala opa cogitantes: vidēt ⁊ no
ſcūt ꝙ peccarēt mortaliter/ ſi ſuas cogitatiōes duce
rent ad effectum. qua de cauſa ipſi imediate eas a ſe-
ipſis eijciūt/⁊ incipiūt de nouo bona opa cogitare.
¶Ille habet̃ vere ſapiens apud te dñm deū noſtrū:
q̇ in quocūqꝫ ſtatu ſit bonū facere ſemꝑ nouit/ita ꝙ
nō ꝑmittit ſe ab aliquibus aduerſitatibus ſuperari/
verū ſemꝑ cōſtans ꝑmanet in eis q̇ ſunt placida tibi
deo/et vtilia ſibiipſi. ¶Sed proh dolor ꝙꝫ pauci ſunt
q̇ hoc qđ eſt tibi placitū atqꝫ gratū/⁊ eis vtile ad ſalu
tem: ſemꝑ faciāt in hoc mūdo. quia peccatis noſtris
exigētibus/fere ſemꝑ dicto huiꝰ verſiculi adheremꝰ.
Nitimur in vetitū ſemꝑ/cupimuſqꝫ negatū. ¶Deꝰ
qui ab oībus impugnatiōibus nos defendis. ingēs
cauſa ⁊ occaſio habēdi ſapiētiā dat̃ illis: q̇ ꝓpt̃ te ſu-
ſtinēt in hoc ſeculo famē/ſitim/ anguſtias/ atqꝫ dolo
res ⁊ cōplures alias paſſiōes. q̄a quāto maiores ſūt
paſſiōes/quas ꝓ te in hoc ſcl'o patiūtur: tāto acq̇rūt
coronā maioris meriti ſibiipſis: dūmodo tamen eas
ſuſtineant patiēter. ¶A cōtrario ergo ſenſu illi q̇ in
hoc ſeculo/diuerſas ſuſtinēt paſſiōes/ nō ꝓpt̃ te/ſed
vt poſſint ſuā ꝓſequi volūtatē/et ſuā voluptatē tota
liter exercere: habēt manifeſtā cauſam ⁊ occaſionē: ꝙ
ſtultitia eos regat. et quāto plus ꝑdicta ſequūtur: tā
to magis eoꝝ ſtultitia augmētat̃. ¶Dñe deꝰ ſapien-
tes quanto plus ꝓpter feruorē tue dilectiōis verbe-
rant̃/vituperant̃/⁊ ab hominibꝰ deridētur: tanto ve
hemētius ipſi conant̃ te glorificare/benedicere/⁊ lau
dare. ſed vani homīes mūdani/quādo vident plura
ꝑicula eē oppoſita tuo ſeruitio/⁊ tuis laudibꝰ impē-
dendis: tanto magis deuitant tibi afferre ſeruitiū et
honorē/⁊ ſe ſubijcere tuis iuſſis. ¶Dñe deꝰ q̇ humi-
libus corde parcis/ſuperbos deſtruens ⁊ elatos. illi
ſunt nō modicū ſapientes q̇ ꝯgregāt bono modo ea
q̇ ſtulti deſtruūt et cōſumūt/ſemꝑ tñ ea intentiōe vt
ea q̇ ſtulti in malis vſibꝰ expēdebāt: ipſi erogēt pau-
peribꝰ ꝓpter te ad ſuſtentaculū huius vite. ¶Item
illi ſunt veriſſime ſapientes: qui licet benefaciendi
alijs non habeant poteſtatem/ nec mala aliorū etiā
deuitandi/nichilominus habent voluntatē ꝙ ſi pre-
dicta poſſent facere/cōplerent ea non voluntate ſolū
modo: ſed ope atqꝫ facto. vnde tales ex defectu quē
habēt in faciendo bonū ⁊ in euitando malū: bonū a
malo eliciūt/ꝓut patet in hoc ꝙ volūtas eoꝝ pro fa
cto ꝓculdubio eis reputat̃. ¶Item illi ſunt apud te
deū ſapientes/qui quādo nequeūt intelligere vel ſci
re illud qđ eorū non poteſt ꝑcipere intellectus: huiuſ
modi defectum ſemꝑ ſibiipſis ⁊ ſuo ingenio recogno
ſcunt: nō autē illis de quibus habere nequeūt plenā
ſcientiam neqꝫ certā. quapropter tales bonū eliciūt
a defectu ſui ingenij conſiderat̃: eo ꝙ talem ſciētie defe-
ctū cognoſcunt ex ſeipſis ineſſe. ¶Dñe qui mētes il
luminas excecatas: omnis exaltatio tribuat̃ tuo no-
mini glorioſo. quia tua incōprehēſibilis ſapiētia di-
cit bona ꝑpetuā hominibus a fragilitatibꝰ/miſerijs/⁊
defectibus eorūdē. ⁊ hoc ſemꝑ quādo ipſi prepoſita
recognoſcūt. quia quāto plus quis ſuā fragilitatē ⁊
miſeriā recognoſcit: tanto magis ſibiipſi bonū felici-
ter opatur. ¶Et ꝑ oppoſitū quicūqꝫ credit eſſe mo-
rigeratus/ſapiens/ac diſcretus/⁊ defectū virtutū in
ſe maximū nō cognoſcit: talis ſtultus ⁊ temerarius
eſt cēſendus. ¶Sapiētes homīes q̇ abſqꝫ culpa ſua
ſunt pauperes in hoc mūdo/ꝓpter paupertatē quā
ſuſtinēt: ſeipſos virtutibꝰ valde ditant. ⁊ hoc faciūt:
quia cōtēnūt ſpiritu bona tēporalia huius vite: ⁊ eoꝝ
nolūt effici poſſeſſores/bona autē tēporalia cōtem-
nendo: deſiderant ad diuitias ꝑpetuas celeſtis glo-
rie ꝑuenire. quapropter ſtulti ſunt illi non modicū: q̇
habere deſiderāt diuitias huius mūdi: ꝓpter bonoꝝ
tēporaliū inopiā quā ſuſtinēt ⁊ defectū. quia deſide-
rādo bona tēporalia: obliuioni tradūt bona celeſtis
glorie paradyſi. ¶Deꝰ q̇ doces exēplo bonoꝝ operū
vias rectas: illi ſunt nō imerito ſapiētes/⁊ bonum a
malo eliciūt/q̇ quādo motu naturali aliquo iraſcūt:
ſciūt ire ⁊ iracundie imponere modū ſe ad bona opa
trāſferēdo. vnde cū motus ire ſit aliquotiēs in ſe ma
lus: ab illo motu malo ſciūt bonū elicere ſapiētes: eo
ꝙ patiēter motū huiuſmodi ſuſtinere norūt: ⁊ ſeipſos
ire humiliter tēperare. ¶Potētiſſime dñe/ſapiētes
homīes quādo tribulatiōes ⁊ paſſiones qualicunqꝫ
modo in hoc ſcl'o patiūtur/ſtatim recurrūt ad ꝯfidē
tiā tue miſericordie/q̇ in ea cōfidētē neminē derelin-
quit: ſed ſtulti omnino cōtrariū ſemꝑ agūt. quia quā
do in aliquas tribulatiōes incidūt ſtatim de tua mi
ſericordia ⁊ benignitate tāqꝫ infeliciſſimi icipiūt de
ſperare. ¶Ille debet vocari ſapiēs/⁊ tūc vere res ſe
quit̃ ipſm nomē: qñ q̇s credit eē inſipiēs: ſuāqꝫ miſeri
am recognoſcēs/ea q̇ facit optime opat̃. ⁊ talis meri
to ſapiēs eſt cēſendus. ſed q̇ ſapiētē ſe credit eē: ille te
merarius eſt ⁊ ſtultꝰ. iuxta illđ. Nil ſcit tūc ſapiēs/cū
ſe credit ſapiētē. Tunc ſapit inſipiēs: cū ſe putat inſi
piētem. ¶Deus cuius magnitudinē/humanus ne-
quit cōprehēdere intellectus: tibi omnis magnificē-
tia tribuat̃. quia illi habētur apud te dñm ſapiētes: q̇
ſciunt nature corrupte reſiſtere ꝑ ea que ipſis ꝯtrarie
opponuntur. nā ſapiētes quādo habēt naturā de fa
cili iraſcēdi/vł' fornicādi ſeu cōtinue ꝯtriſtandi/⁊ la-

bentē in cetera vicia: q̄ quasi naturaliter īsunt eis: statim recurrūt ad v̄tutes huiusmodi vicijs repugnantes/et sic resistūt vicijs quasi naturalibus ⁊ insitis sapienter. ¶ Illi sunt mirabiliter sapientes/ qui maxima bona a maximis malis sciūt elicere in hac vita/⁊ q̄ modicū bonū sciūt p̄ sui sapiētiā ī maximū augmētare. ⁊ a cōtrario illi fatui atq̧ stulti: q̄ maxima bona in mala īnumerabilia devoluūt/⁊ q̄ modicū malum in maximū augmētarūt. ¶ Defectus amoris/q̄ continuo in me fuit: fecit me labi in quascunq̧ stultitias hactenus fui lapsus. quia ego in meo amore semꝑ finita p̄posui infinitis: quapropꝫ in amore postposui te dn̄m infinitū. ¶ O sūmū bonū a quo bona oīa deriuātur: tuā noscāt sapientiā cuncte gentes. quia illi sunt digni vocari merito sapientes et nomē sequūtur: qui castigant̄ dāmis ⁊ periculis alioꝝ: testante actore. Felix quē faciūt aliena ꝑicula cautū. ¶ O q̄ stulti sunt ergo illi qui nolunt se alienis periculis castigare. vidētes suos ꝓximos ꝓpꝫ delictū aliqō grauiter cruciari/⁊ ipsi ꝯsimile delictū vel turpius nō verent̄ enormiter ꝑpetrare. ¶ Tibi dn̄e deus gratias refero/non quas debeo: sed quas possum. quia istā distinctionē ꝑfeci ad laudem tue sapientie benedicte/⁊ confiteor ore et animo: quia ita est q̧ ipsa a malo elicere nouit bonū. sed humana cōditio oppositū omnino opatur a bono malū eliciēs ꝓpter sui ignorantiā et defectū sciētie: qui naturaliter inest ei. vnde te suppliciter oro q̧ īfundas michi illā sapiētiā qua bonū a malo sciam elicere in hoc mūdo/vt post meū obitū corporalē: habear verus sapiens tibi deo.

¶ Incipit decimasexta distinctio/in qua tractatur de diuina iusticia.

¶ Qualiter deus est iustus in se.

recordatus est amicus ꝙ peccatum diu a sua volun-
tate suū absentauerat amatū / ꝓpter cuiꝰ absentiam
tenebre (luce reiecta) occupauerūt eiꝰ intellectū. cum
qua suus amatus se exhibet mētibus suoꝝ amatoꝝ.
¶ Uenit amor in amicū: quē amicus iterrogauit q̄d 212
vellet? respondit amor ꝙ ideo venerat / vt ipm̄ nutri
ret / ꝛ ita moribꝰ ꝛ vita formaret: vt tempore mortis
sue omnes suos infensiores inimicos peruinceret.
¶ Egrotauit amor quia amicus oblitꝰ fuerat vt suū 213
recoleret amatū: postea egrotauit amicus propter re
colere excessiuū. ¶ Inuenit amicꝰ quēdā hominem 214
morientē sine amore: ꝛ plorauit amicus ob dedecus
illatū amato suo in illius hominis morte. ꝛ interro-
gauit quare moriebatur sine amore. respondit ei q̄a
nemo docuerat illum amare. Et ideo amicus suspi-
rauit / plorauit / ac dixit. ah deuotio: quando eris ma
ior vt culpa sit minor / et meus amatus habeat mul-
tos ꝛ feruentes amicos: qui obseruent ipsum ama-
re / laudare / metuere / ꝛ honorare. ¶ Tētauit amicus 215
amorē / an posset sustentari in suo corde / si desineret
suū amatum recolere: ꝛ cessauit cor eius cogitare / et
oculi eius flere / ꝛ extinctus est amor: et remansit ami
cus destitutus amore. ꝛ interrogabat homines si vi
derant amorē: ꝛ vbinā posset ipm̄ reperire. ¶ Amor / 216
amare / amicus et amatus tantū cōueniūt in amato
ꝙ sunt vnus actus ꝛ vna essentia / ꝛ diuersi sunt ama
tus ꝛ amicus concordantes sine vlla contrarietate ꝛ
discrepātia. ꝛ ideo amatus est amās / ꝛ amor / ꝛ ama
bilis sup omnes alias amabilitates. ¶ Dicas insen 217
sate amoris: quare habes tantum amorem? respon-
dit: quia longū et periculosum iter est quo vado ama
tum meum requirere: et cum magno labore ipsum
oportet inuestigare: et sollicite ambulare: que omnia
perficere nunq̄ possem sine magno amore.
¶ Uigilabat / ieiunabat / elemosynas erogabat / et 218
ad regiones longinquas perambulabat amicus: vt
posset voluntatem suam ad suum amatum moue-
re / et ad amatum suum honorandum q̄plurimos
accendere. sed considerauit amicus ꝙ non est natu-
ra aque vt calefaciat aut ex ea aliquid sursum ascen
dat nisi prius calefacte: ideo rogauit amatum vt vel
let suas vigilias / erogationes / ꝛ pegrinationes amo
re calefacere vt posset quod desiderabat adimplere.
¶ Occurrit amico in via cātās quidam peregrinus 219
atqꝫ ita dicebat: si nō sufficit amor amici ad mouēdū

suū amatum ad pietatē ⁊ idulgētiam / sufficit amor
amati ad tribuendū suis creaturis benedictionem ⁊
218 gratiam. ¶ Dicas amoris fatue in quo potes esse si-
milior tuo amatori: respondit intelligēdo / ⁊ toto pos
219 se meo pulchritudines amati mei diligendo. ¶ In
terrogauerūt amicū si amatus suꝰ habebat defectū
aliquarū rerū: respondit ꝙ sic. habet enī in hoc mun
do defectū amatoꝝ / ⁊ sufficientiū laudatorū / ad ho-
220 norādū valorē suū. ¶ Percutiebat amatus cor ami
ci sui cū virgis amoris / vt diligeret arborem in qua
illas collegerat in qua quidē arbore passus mortem
fuerat / languores / dedecora / ⁊ ludibria: vt amori re-
stitueret amatores / quos per fraudē inimici amoris
221 pdiderat. ¶ Obuiauit amicus amato suo / ⁊ vidit ip-
sum valde nobilem / valde potentem / ⁊ dignū omni
honore. cui dixit se plurimū de hominibus mirari: q̄
ipsum tam parum diligerent / cognoscerent ⁊ ama-
rent / cū sit tā dignus amore. respōdit amatus / vt ipse
diligeret / cognosceret / ⁊ honoraret: se creasse homi-
nē: sed in hoc frustratū esse. nam ex mille vix centum
ipm timent ⁊ diligunt: ⁊ ex centū illis nonaginta ip-
sum timent ꝓpter metum penarū: ⁊ ex illis vix decē
ipsum timent ⁊ diligūt ꝓpter regnū celoꝝ. sed ex mil
le vix vnus est q̄ ipsum diligat ⁊ timeat ꝓpter suam
bonitatem / nobilitatem / suūq; valorē. ¶ Cū amicꝰ hec
audiuit / plorauit multū atq; vehementer ob dedecꝰ
amati sui. ⁊ dixit / amate tantū tribuisti homini ⁊ tan
tū ipsum honorasti: quare ingratus adeo / obliuiscit
222 tui? ¶ Laudabat amicus amatū suū et dicebat ꝙ ip
se transierat. q̄a ipse est vbi / nō potest attingere vbi.
⁊ ideo cū interrogarent amicū vbi erat amatus suus
respōdit nescio vbi: sciebat tamē ꝙ amatus suus erat
223 in suo recolere. ¶ Emit amatus suis honoribus quē
dā seruū: et ipsum subiecit cogitationibus / languori
bus / suspiriis / ⁊ fletibus: ⁊ interrogauit eū quid co-
medebat aut bibebat. respondit: id quod sibi maxīe
placebat. rursus interrogauit eū qua veste vtebatur
ea qua maxime delectabatur. ⁊ ꝙ libertas sui est vera
seruitus: sed vera libertas est domini sui seruitus.
224 ¶ Interrogauit amatus amicum: habes aliq̊d vo-
luntatis? respondit ꝙ seruus non habet aliud vo-
225. luntatis / q̄ȝ obediendi suo domino. ¶ Interrogauit
amicū: si habebat patientiam. respondit ꝙ omnia si-
bi placent / ⁊ ideo non habet in quo habeat impatiē-
tiā. quia qui non habet dominiū in volūtate sua: nō
226 potest esse impatiens. ¶ Amor se donabat quibꝰ vo
lebat: ⁊ ideo amicus conquerebatur ꝙ amor se nō do
naret multis amatoribꝰ / ⁊ eos multū inflāmaret vt
amaretur amatus eius. sed amor se excusabat dicēs
se non donare cōtra liberū arbitriū: q̄ȝ magnā gra
tiam optabat amatoribus eius / magnā gloriā me-
227 ruitqz profectū. ¶ Magna cōtentio ⁊ discordia in-
ter amicū et amorem orta est: quia amicus conquere
batur de lāguoribus quos patiebatur per amorem.

et questio erat an id defectu amoris / an ob amici ꝓ-
ueniebat errorem: venerūt ad iudiciū amati: q̄ amicū
iudicauit per lāguorē / ⁊ eidē retribuit amoris multi
plicationē. ¶ Questio erat si amor ꝓpinquior erat 228
cogitationi vel patientie? soluit amicus: ꝙ amor i co
gitationibus generatur / ⁊ in patientia sustentatur.
¶ Vicini amati sunt pulchritudines amati / ⁊ vicini 229
amici sunt cogitationes tribulationis / ⁊ fletus ami-
ci quas patitur ob amorē amati. ¶ Voluit multum 230
ascēdere voluntas amici vt posset multū suū amatū
amare / ⁊ mandauit intellectui vt ascēderet toto pos-
se. ⁊ intellectꝰ idē mandauit memorie: ⁊ oēs trea ascē
derunt ad suū amatū in suis honoribus contemplā
dū. ¶ Recessit voluntas ab amico ⁊ se donauit ama 231
to: ⁊ amatus posuit eam in carcere in amico suo / vt ꝑ
ipsam amaretur: ⁊ sibi seruiret ab amico. ¶ Dicebat 232
amicus non credat amatus meus ꝙ vspiam discces-
serim ad amādum aliū amatum: quia amor me to-
tum vniuit ad amādū vnū tātum. respondit amatꝰ:
nō credat amicus ꝙ ego sim amatus / ⁊ michi seruia
tur ab eo tātum: imo multos amatores habeo a qui-
bus lōge fortius ⁊ vehementius amor / q̄ȝ amore suo
¶ Dicebat amicus amato suo: amabilis amate / tu 233
oculos meos instruxisti ⁊ ibuisti ad vidēdū / ⁊ aures
meas ad honores tuos audiendū: ⁊ ideo instrue cor
meū ad id cogitandū / ꝓpter qđ oculi mei instruant
ad plorandū / ⁊ corpus meum ad lāguendū. respon-
dit amatus amico: sine talibus instructionibus non
fuisset nomen tuū in libro scriptū / in quo omnes scri
bunt / qui ad eternā beatitudinē veniunt. nā ex eo li-
bro deleta sunt eoꝝ nomina: qui ad mortem ruūt / et
perpetuū interitū. ¶ In corde amici cōgregabantur
volūtates amati et multiplicabāt cogitatiōes ⁊ cor- 234
dis rugitus ⁊ singultationes ⁊ omnino amicꝰ mor-
tuus fuisset si amatus eius in ipsius cogitationibus
plures multiplicare suas attractiuas pulchritudies
prexisset. ¶ Venit amatus ad amici hospiciū / ⁊ ami
cus parauit illi lectū cogitationū: ⁊ illi seruierūt su- 235
spiria / ⁊ fletus / ⁊ amatus satisfecit ex veris volupta-
tibus. ¶ Miscuit amor tribulatiōes ⁊ gaudia in co 236
gitatiōibus amici. at gaudia conquesta sunt de mix
tura illa / ⁊ accusarūt amorem in iudicio amati. iussit
ea amatus separari: sed defecerūt gaudia q̄ȝ primum
a tribulatiōibus ac tormentis fuerunt separata q̄ do
nat amor amatoribus suis. ¶ Signa amoris q̄ ami 237
cus habet ad amatū suū / sunt fletus in ꝑncipio / tri-
bulationes in medio / ⁊ in fine dulces mortes: et his
signis practicat amicꝰ sui amati amatores. ¶ Ibat 238
amicus solitarius et associabant cor eius cogitatio
nes / et lacrime oculos eius / et corpus eius ieiunia
et afflictiones: ⁊ quando redibat ad hominū socie-
tates / ipm diffugiebant oēs: sed nō deserebat eū eiꝰ
amatus. ¶ Amor est mare turbatū ventis ⁊ ꝓcellis 239
qđ vndiq; portu caret atq; ripis: in hoc mari naui-

gauit amicus ꝛ quãto magis descendebat/ tãto ma
gis sursum eminebat. nã amoris summa, pfunditas
240 est eius summa sublimitas. ¶ Dicas amoris fatue
quid est amor? respondit amor est concordãtia, theo
rice ꝛ practice: ad vnũ finẽ ad quẽ mouetur volunta
tis amici perfectio: vt faciat omnes homines hono-
rare ꝛ seruire suo amato. ꝛ questio est: si finis amoris
fortius cõuenit cum voluntate amici qui optat esse
cum amato suo: aut q̃ optat efficere amatores q̃plu
241 rimos. ¶ Obuiauit amor amici/ amori huius mun
di/ qui continuo euanuit: et ceperũt homines mirari.
dixit amicus: nolite mirari. quia nõ est contra natu-
242 ram: ĩ presentia lucis/ euanescere tenebram ¶ Emit
amatus ortum amico/ in quo suos nutriret amores
quem amatus sudando rigauit / quiq; riuis ipsum
fecundauit/ qui nectare erant dulciores. in medio ar
borem plantauit: cuius fructus omnes sanabat lan-
243 guores. ¶ Interrogauerũt amicũ: quis erat amatus
eius? respondit eũ esse qui facit ipsum amare/ desi-
derare/ languere/ suspirare/ plorare/ derideri: ꝛ deniq;
mori atq; interire. qui facit mortẽ vita dulciorẽ/ deri
sum honore p̃ciosiorẽ: plorare ꝛ suspirare/ risu ꝛ gau-
244 dio delectabiliorẽ. ¶ Interrogauerũt amatũ q̃s erat
eius amicus. respondit/ q̃ ꝓpter honorãdos ꝛ lau-
dandos honores meos nichil metuit: q̃ in amato vi
uit: ꝛ in se est mortuus. quiq; omnibus annunciat vt
omnia vendãt ꝛ omnibꝰ renũcient vt mercẽt ama
245 ti amorem. ¶ In quadã solẽni die amicus erat ĩ ora
torio amati sui et audiuit musicos canentes / verba
erant de amato ꝛ cãtus erãt de mũdo: ꝛ nõ potuit se
continere amicꝰ quin exclamaret. O quid margari-
tas defedatis luto laudare nesciẽtes. nescitis hos cã
tus non decere regis virginũ honores: per quos ad
246 turpia alliciũtur meretrices? ¶ Dicas amoris capti
ue quis labor est grauior laborare ob amorem: an la-
borare ob non amorem. respondit q̃ hoc peterent ab
hominibus penitentiam ob amorem sui amati agẽ
tibus/ et ob agentibus ob penarũ infernaliũ timorẽ.
247 ¶ Dormitauit amicus ꝛ extinctus est amor: quia nõ
habuit de quo viueret. excitatus est amicꝰ ꝛ viuifica
tus est amor in eius cogitationibus/ quas ad suum
248 amatum misit amicus. ¶ Dicebat amicus q̃ sciẽtia
infusa procedebat ex volũtate / deuotione et oratio-
ne: ꝛ scientia acquisita ex intellectu studio ꝛ labore. ꝛ
ideo questio est: q̃ sciẽtia citius ab amico acquiritur/
aut que est amico maior/ ꝛ q̃ ad amãdũ commodior
249 ¶ Dicas fatue amoris vnde habes tuas necessita-
tes. respondit ex cogitationibꝰ ꝛ desideriis cũ perse-
uerantia ad amatũ suspirando ꝛ gemendo. vnde ha
bes hec omnia? respondit ab amore hec habeo. vn-
de habes amorẽ? ab amato. vis esse captiuus? ita re-
spondit amoris/ suspitiorũ/ cogitationũ/ laborũ/ peri
culorum/ exilij/ ꝛ fletuũ ad seruiendũ amato meo. nã
ad cognoscendũ eius valores (inquit amicus) create
sunt res omnes. ¶ Torquebat amor amatũ: ꝛ in illo 250
lo tormento eiulabat amicus/ clamabatq; ad ama-
tum vt illi adhereret ꝛ sanaret ipsum. ꝛ quanto plus
amatꝰ adherebat amico/ tanto fortiꝰ ipm torquebat
amor. nã plus amoris sentiebat. quare in amãtibus
dolor est voluptas: ꝛ languor est sanitas: ꝛ minor lan
guor maiore sanatur languore ¶ Egrotabat amor: 251
et amicꝰ ipm cũ patiẽtia: pseuerantia: ꝛ obediẽtia cu
rabat. amatꝰ autẽ visitabat amicũ donãs ei recorda
tionẽ suaꝝ virtutũ: ꝛ excellẽtiarũ suoꝝ honoꝝ. ¶ Cla 252
mabat amicus p vicos ꝛ plateas: nomen amati mei
fons est vberrimꝰ amoris. si oẽs illud portarẽt/ nõ es
sent diuisi sui amores: vt neq; in sole splendores. stul
ti igitur sunt illi: q̃ vas illud frangũt qḋ inutile est di
uisum ꝛ integrũ est p̃ciosissimũ. ¶ Dicas amoris ca- 253
ptiue quid est solitudo? respõdit amicꝰ solatium: ꝛ so
cietas amici cũ amato. q̃d est solatiũ? respõdit solitu
do stãs in corde amici nichil aliud meditãtis q̃ pul
chritudines sui amati. ¶ Questio formata est amico 254
vbi est maius periculũ: an patiẽdo tribulationes ob
amorẽ: vel recipiendo cõsolationẽ? cõcordes fuerunt
amicus ꝛ amatꝰ ꝛ dixerũt: q̃ pericula in tribulationi
bus veniũt p impatiẽtiã: sed pericula in cõsolationi-
bus sunt p cognitionẽ. ¶ Amatꝰ soluit amorẽ ꝛ per 255
misit gentibus vt ex eo acciperent quãtũ ipsi vellent
sed vix inuenit amor: q̃ ipm in corde locarẽt. quare di
xit amor: alta ĩhabito / infima nõ desero/ me gratis
cõmunico: ꝛ ideo q̃ me nõ recipit/ nõ habebit excusa
tionem. ¶ Destruxit amor in corde amici sui veterẽ 256
edificationẽ: vt in noua inueniret mãsionẽ. primã fe-
cerat amatus ex arida: secundã ex humida: vt cũ ce-
lo haberet pticipationẽ. ¶ Erãt in amico due cogi- 257
tationes: vna cogitabat in essentia sui amati: ꝛ alte-
ra cogitabat in excellẽtia eiꝰ artificij: ꝛ ideo q̃stio est
que cogitatio erat lucidior ꝛ amato suo acceptior.
¶ Derisores amati vocauerũt amicũ ad iudiciũ: cõ- 258
paruit amicꝰ ꝛ nõ habuit patronũ. q̃a ĩ paupertate nul
las sperabãt opes. accusarũt eũ q̃ nõ viueret vt cete-
ri hoĩes. ab amore (respõdit amicꝰ) habeo dispensa-
tiones. voluerũt eũ carceribꝰ mãcipare: ꝛ appellauit
ad amati sui leges. ¶ Egressus de pretorio vidit so 259
lem lucẽtẽ: o sol ĩquit splẽdidissime q̃ te prebes ama
to meo obedientẽ: sicut iples quotidie iuste viginti-
quatuor horas: sic luceas sup oẽs q̃ faciũt iustitias.
¶ Transiuit amicus p locũ infirmorũ ꝛ erãt q̃plurı 260
mi infirmitate iacentes: ꝛ interrogauit ob quã cau-
sam maius haberẽt solatiũ: ꝛ intellexit q̃ ꝓpter ama
tũ suũ: ꝛ dixit amicꝰ/ fidite in felicitate in eo q̃ nõ de
serit in necessitate. si nomen amati mei tantũ valet:
amatus meꝰ quãtũ potest? ¶ Dicas amoris captiue 261
velles mori? respõdit ita quo ad delectationes huiꝰ
seculi: ꝛ quo ad cogitationes maledictorũ q̃ obliui-
scuntur ꝛ inhonorãt amatũ meũ. ¶ Si tu amoris ca 262
ptiue dicis veritatem eris ab hoĩbꝰ verberibꝰ cesus

irrisus/rephensus/ ꝛ tā dē tormētis ꝛ neci tradiꝛꝰ. se-
quiꝛ igiꝛ (inquit) si dixero mēdaciū: ꝙ ero laudatꝰ/ di
lectus/ honoratꝰ: atqꝫ ꝓtectꝰ ab amici mei cōtēpto-
263 ribꝰ. ¶ Falsi laudatores quadā die detrahebāt ami
co in cōspectu amati sui: ꝛ habebat amicꝰ patiētiam
et amatꝰ iustitiā/potestatē/ꝛ sapiētiā. ꝛ amicꝰ male-
bat sibi detrahi ꝛ redargui ꝙ̄ a falsis detractoribꝰ di
264 ligi. ¶ Seminabat amatus diuersa semina in corde
amici sui/ ex qbꝰ nascebanꝛ folia: ꝛ emittebanꝛ flores
ꝛ grana ꝛ tm̄ nascebaꝛ vnꝰ fructus: ꝛ dixit amicꝰ ī ꝓ
prietate seminū relucet amatꝰ. nā sicut vnū solū fru-
265 ctū ꝓducūt: ita vnꝰ solus debet esse amatꝰ. ¶ Ama
tus morabaꝛ supra amorē multū summꝰ: ꝛ sub amo-
re morabaꝛ amicus multū imus: ꝛ amor morabaꝛ in
medio: ꝛ descēdit amatꝰ ad amicū ꝛ ascēdit amicꝰ ad
amatū. ꝛ ex illo descēsu et ascensu viuit ꝛ assumit ini-
tium amor: ex quo lāguet amicꝰ: ꝛ suo seruit amato
266 in libertate sanus. ¶ Ad dexterā amoris moraꝛ ama
tus: ꝛ ad sinistram amoris moraꝛ amicus: ꝛ ideo nisi
267 amicꝰ trāseat ꝑ amorē nō potest attigi amatꝰ. ¶ An
te amorē stabat amatꝰ: ꝛ post amatū stabat amicꝰ: et
ideo amicꝰ nō poterat ꝑuenire ad amorē/ nisi ꝑ ania
268 tū sua trāsirent desideria suiqꝫ cogitatꝰ. ¶ Intrauit
amicus ortū amoris: ꝛ vidit liliū ꝛ gauisus est: qꝛ si-
bi representabat suū amatū: q̄ est cādidissimꝰ ꝛ puris
simus oīm. Deīde vidit pulcherrimam rosam ꝛ ait:
sicut rosa oculis corporalibꝰ est pulcherrimꝰ floꝝ: sic
oculis mētalibus amatꝰ meꝰ est pulcherrimū ama-
269 torū. ¶ Ex bonitatis abysso fontani valoris bono-
ribus ꝛ valoribꝰ ꝓdierūt duo similia. ꝛ equaliꝛ amo
re illoꝝ triū accēdiꝛ amicꝰ ꝛ nichilominus amor est
vnus: ad ostēdēdū ꝙ ꝗuis tres subsistāt amati: est tū
270 tantū in essentia vnus amatus. ¶ Amatus se induit
pāno quo vestitꝰ erat eiꝰ amicus: vt in gloria eterna
amicꝰ fieret ei sociꝰ: ꝛ ideo amicꝰ vestes rubras opta
bat cōtinuo: vt amato suo similior fieret ī corporeis
271 habitibꝰ. ¶ Dicas amoris captiue pꝛiusqꝫ mūdū fa-
ceret: qd faciebat tuus amatꝰ? amatꝰ meꝰ inqt ama
bat. nā ex discretis ꝓprietatibus ꝑsonalibꝰ erat īfini
272 tis ꝛ eternis. q̄ sunt amās ꝛ amor ꝛ amatus ¶ Plo
rabat amicus ꝛ tristitiā sentiebat/ tū videbat infide-
les ignoranꝛ ꝑdere suū amatū ꝛ in iustitia sui amati
gaudebat/ q̄ eis q̄ ipm̄ cognouerūt ꝛ nō ei obediunt/
nō ꝓpinꝰ īfligit supplicitū: ꝛ ideo q̄stio est q̄d maius
erat tristitia an gaudiū: ꝛ an habebat maiorem volu
ptatē cū videbat honorari amatū suū/ an maiorē tri
273 bulationē qū videbat inhonorari ipm̄. ¶ Intuebaꝛ
amicus suū amatū in maiori differētia ꝛ cōcordātia
virtutū. deīde cōcordātiā creatāꝝ virtutū ꝛ cōtrarie
tatē vicioꝝ: ideo dixit cōcordātia cū discretione ꝛ dif
ferentia est ꝑfectio q̄ fortius cōuenit cū esse sine defe
274 ctu ꝙ̄ cū defectu ꝛ nō esse. ¶ Secreta amati sui vide-
bat amicus ex differētia ꝛ cōcordātia: q̄ illi reuelabāt
in amato suo pluralitatē in vnitate/ ꝛ vnitatē in plu

ralitate: ꝛ ob infinitatē esse cōuenientiā sine vlla cōtra
rietate. ¶ In aurora spaciabaꝛ amicus/ ꝛ intuitꝰ est 275
orientē solē. ꝛ gaudio repletus incepit cātare. De au-
rore pudico thalamo in hūc mūdū egressus est ama
tus meus: in quo q̄ cogitat maculā/ in sole cogitat te
nebrā. ¶ Dixerūt amico ꝙ si generatio q̄ est contra- 276
ria nō esse ꝛ corruptio q̄ est contraria esse eternaliter
fuissent: īpossibile esset generationē cōcordare cū esse
et esse priorē. ex his inqt amicꝰ: video amati eternā
sine quacūqꝫ cōtrarietate generationē. ¶ Dixerunt 277
amico/ q̄ sūt amati tui parētes? respōdit in parabola
meus amatus sol est ortus sine matre: luna orta sine
patre/ patrē habet sine matre/ ꝛ matrem sine patre.
¶ Si esset falsitas id ꝓpter qd nō potest amatꝰ plus 278
a suo amico amari: esset necessitas id ꝓpter qd nō po
test amplꝰ amicus suū amatū amare. ꝛ sic id defectus
maioritatis ꝛ veritatis esset in summa ꝑfectione/ et
concordātia in falsitate ꝛ minoritate. ¶ Laudabat 279
amicus amatum suum dicēs: si amatus meus habet
maiorem possibilitatem ad perfectionem: et maio-
rem īpossibilitatē ad īperfectionē: oportet amatum
meū simplicē esse ꝛ purū in essentia ꝛ operatione et
nunqꝫ torpētē vigorē: ꝛ dū sic amicus suū amatū lau
dabat: suus amatꝰ ei summe fecūditatis trinitatē re
uelabat. ¶ Videbat amicus in natura vniꝰ ꝛ trium 280
maiorē cōcordantiā ꝙ̄ in alio numero. nā oīs forma
corporea venit de nō esse ad esse in numero predicto
et ideo amicus in maiore cōcordātia numeri: intue-
batur amati sui trinā vnitatē ꝛ vnā trinitatē. ¶ Ami 281
cus laudabat potestatē/ sapientiā/ ꝛ volūtatē amati
sui/ q̄ (preter peccatum) creauerat oīa: ꝛ ideo sensit ꝙ
peccatū esset sine potestate/ sapiētia/ ꝛ volūtate ama
ti sui: cui neqꝫ potestas/ neqꝫ sapiētia neqꝫ voluntas
amati sui prebet occasionē. ¶ Laudabat ꝛ amabat 282
amicus suū amatū: qꝛ ipm̄ creauerat: ꝛ ei donauerat
quicq̄d habebat ad ipsum laudandū ꝛ laudabat ꝛ a-
mabat ipm̄: qꝛ sibi assumere amici similitudinē pla-
cuerat / vt ꝑditū reqreret amicū. et q̄stio formata est:
quā laudē ꝛ quē amorē dicemus ꝑfectiorē. ¶ Leta- 283
bat amatꝰ de sapiētia ꝛ fortitudine suū amicū: ꝛ ei q̄
stionē formauit: vtrū suꝰ amatꝰ plus eū amauerat as
sumēdo ipm̄/ vel ipsum recreādo. amicꝰ anceps fuit:
attamē respōdit ꝙ recreatio fuit cōueniens ad penā
euitandā /et incarnatio ad dandā beatitudinē sem-
piternā. ꝛ ꝙ pene deuitatio erat citra terminū: ꝛ bea-
titudo in termino. ꝛ ideo putabat maius amoris ar
gumentū: ꝙ ipm̄ assumpserat. ¶ Ambulabat amicꝰ 284
elemosynas petēs nominando amatū suū/ vt amati
sui memoriā faceret aliis hoībus/ ꝛ cū quadā die ni
chil ei porrigereꝛ/ interrogauerūt eū/ si nō ferret iniq̄
animo. respōdit nō: qꝛ scio hūilitatē/ pauptatē/ ꝛ pa-
tientiā placere amato meo. ¶ Postulauit vnꝰ veniā 285
amico ob amorē amati sui: ꝛ amicus nō solū prebuit
veniā/ sed ꝛ semetipsum ꝛ omnia bona sua ob amo-

286 tem amati illi donauit. ¶ Cū suspiriis narrabat ami
cus passionē ꝛ dolorē quē su⁹ amatus fuerat passus
ob eius amorē: ꝛ cū lachrimis suis scribebat ꝟba / q̄
amat⁹ dicebat moriēs/ ꝛ se cōfortabat cū cogitabat
287 eius triūphantē resurrectionē ¶ Nutriebat amatus
suū amicū ad diligēdū/ ꝛ amor instruebat cū ad pa-
tiendū/ misericordia ad sperandū/ iustitia ad timen-
dum/ ꝛ fides ad credēdū: sed cū fuit maior fact⁹/ hec
288 oīa eū instruebāt ad amādū. ¶ Interrogabat ama-
tus hoīes si viderāt amicū suū/ ostendebatqꝫ eis sui
amici q̄litates: est (inquit) amic⁹ meus audax ꝛ timi
duo/ diues ꝛ paup/ gaudēs ꝛ tristis/ quiet⁹ ꝛ cogita-
bundus/ ꝛ languēs cōtinue ob amorē meū. talis (in-
289 quit) est meus amic⁹. ¶ Interrogauerūt amicū si vo
lebat vēdere suū desideriū: respōdit q̄ illud vendide
rat amato suo vno tali denario/ q̄ tot⁹ mūd⁹ neq̄qꝫ
290 sufficienter posset emi illo p̄cio ¶ Interrogauit ami
cus si viderāt suū amatū: ꝛ qualis inquiūt est tuus
amatus? respōdit amic⁹: meus amat⁹ est qualis ꝛ nō
qualis: q̄a bon⁹ ꝛ bonitas/ formosus ꝛ formositas.
quātus est tu⁹ amat⁹? magn⁹ inq̄t est ꝛ paruus/ sub-
limis ꝛ imus/ simplex et cōposit⁹: ꝛ ipse tot⁹ est sine
291 cōpositione vnus. ¶ Vociferabat amicus: amatus
meus imensa lux: ꝛ in cui⁹ vmbra viuim⁹: est inacces
sibilis cui accedit ab hūilibus/ est incōprehensibilis
qui apprehēdit a simplicib⁹: emite igit hūilitatē ꝛ di
scite simplicitatē/ vt e tenebris trāseatis ad infinitā
262 lucē. ¶ Cōstruebat amic⁹ vnā pulchrā ciuitatē i qua
habitaret suus amat⁹: muri erāt de fortitudine: fun-
damēta de hūilitate/ triclīniū de tēperātia/ thalam⁹
de castitate/ turres de magnificentia/ porte erant de
fide/ spe/ ꝛ charitate: vici erāt de pietate/ custodes de
iustitia/ vniuersum ideoma de amore: vt p hec oīa
293 transiret amat⁹. ¶ Bibebat amic⁹ amorem in fonte
amati: ꝛ est inebriat⁹ amore: q̄siuit causam ab alio a-
matore: ꝛ respōdit ei/ q̄a ille fons est in quo nos ama
294 tus lauit a crimine. ¶ Dicas amoris inebriate: quid
est peccatū? respōdit est inordinatio contra id q̄d ab
amato meo est ordinatū. est auersio ab amato. est ex
defectu ordinationis/ boni priuatio. est q̄d est contra
295 finē: ad quē creatū est vniuersum. ¶ Interrogauerūt
amicū/ an peccatū esset aliq̄d? respōdit dicēs: nichil
scio esse preter creaturā ꝛ amatū. si ergo amat⁹ non
creat peccatū: quōnāmodo possit esse peccatū? sed si
cut cecitas facit carere visione: sic peccatū facit care-
296 re beatitudine ¶ Videbat amic⁹ q̄ imēsitas melius
cōuenit cū suo amato q̄ est essentia īfinita in magni-
tudine ꝛ omni pfectione/ q̄ꝫ cū mūdo q̄ quātitatem/
entitatē/ ꝛ actionē habet finitā: ꝛ ideo ī iustitia ama-
ti sui videbat amicus q̄ mūdus erat nouus: ꝛ q̄ eter
nitas amati sui prior erat q̄ꝫ tēpus vt eius īmensitas
297 maior cognosceret q̄ꝫ mūdi capacitas. ¶ Excusabat
amicus suū amatū contra dicētes/ q̄ mundus esset
eternus: ꝛ dicebat q̄ ad amati immēsam iustitiā per
tinet vt vnicuiqꝫ rationali aīe reddat corpus suū/ ad
quod nō sufficeret neqꝫ materia neqꝫ loc⁹ si mūdus
esset etern⁹ ¶ Dicas amoris fatue in quo cognoscis 298
q̄ fides catholica sit vera/ ꝛ q̄ nūc lex iudeoꝝ ꝛ sarra
cenorū sit in errore ꝛ falsitate constituta? respōdit in
decē (libri gentilis ꝛ triū sapientū) cōditionib⁹ ¶ Di 299
cas amoris fatue vnde incipit sapientia? respōdit in
fide ꝛ deuotione. q̄ sunt scale/ p quas ascēdit intelle-
ctus ad intelligēdū amati sui secreta. dixit rursus: fi
des ꝛ deuotio/ vnde habent initiū? respōdit ab ama
to meo: qui illuminat fidē: et accendit deuotionem.
¶ Interrogauerūt amicum que erat maior possibili 300
tas an impossibilitas? respondit q̄ possibilitas erat
maior in creatura: ꝛ impossibilitas in amato suo. nā
possibilitas ꝛ potentia concordāt: ꝛ impossibilitas ꝛ
actiuitas. ¶ Dicas amoris fatue q̄d est maius/ diffe 301
rentia an cōcordantia? respondit q̄ extra amatū suū
differentia erat maior in pluralitate: ꝛ concordantia
maior in vnitate. sed in amato erant equales ꝛ ī plu-
ralitate ꝛ vnitate. ¶ Dicas amator q̄d est valor? re- 302
spondit q̄ est contrariū valoris huius seculi. nam va
lor huius seculi desiderat a falsis ꝛ vane glorie cupi-
dis amatoribus/ q̄ volūt valere potius per inanē va
lorem q̄ꝫ eū sequi qui omnē pcellit valorē. ¶ Fatue 303
dixerunt scis q̄d est vilitas? respondit viles cogita-
tiones. scis quid est vrbanitas? timor amati mei qui
ex amore ꝛ verecūdia nascit: ꝛ quo detractiones per-
uersoꝝ timentur. scis quid est honor? respondit cogi
tare amatum meū/ honores suos desiderare ꝛ lauda
te ipsum. ¶ Ingressus est amicus claustrū religioso 304
rum ꝛ interrogauerūt eū an esset religiosus. respōdit
sic: religiosus sum amati mei. quā regulā sequeris?
amati inq̄t mei. cui vouisti? respōdit amato meo. ha-
bes voluntatē? non/ dixit amatus meus habet illā. ad
didisti aliq̄d ad amati tui regulā? respōdit nichil ad
dendū esse ad pfectionē. Sed cur inquit Vos etiam
cū sitis religiosi/ nomē nō portatis amati: ne cū alte
rius nomē portetis/ amorē minuatis/ ꝛ cū alteri⁹ vo
cem audiatis: amatū nō intelligatis? ¶ Amoris fa- 305
tue dicas quid est amor? respōdit est id q̄d liberos po
nit in seruitute: ꝛ seruos donat libertate. ꝛ hinc orta
est q̄stio: cui sit amor libertati an seruituti ppinquior.
¶ Vocabat amatus amicū suū ꝛ ipse dulciter respō 306
debat in hūc modum: q̄d tibi placet amate/ q̄ es ocu
lus oculoꝝ meoꝝ: ꝛ cogitatio cogitationū mearū/ et
perfectio mearū pfectionū/ ꝛ amor meoꝝ amorū / et
adhuc finis mearū intētionum. ¶ Amicus dicebat 307
amato: ad te vado/ p te vado/ ꝛ in te vado: quare me
vocas? vado cōtēplaturus cū cōtēplatione tue con-
templationis. In tua ꝟtute sum/ cū tua virtute venio
vbi assumo virtutē/ saluto te cum tua salutatione/ ex
qua eternā salutē sum pcepturus. ¶ Cantabat ami- 308
cus ignis calefacit/ calor lenificat. et leuitas sursum
tollit: sic amor mētes vrit/ sic amor lenificat/ sic amor

sursum rapit. vnus amor tria nectit ⁊ in fortitudine
309 colligat. ¶ Interrogauerūt amicū quid est mūdus?
respondit liber est/scientibus legere: quo cognoscit
amatus meus. an amatus tuus sit in mundo? ita iq̄t
sicut scriptor in libro. in quo est ille liber? respōdit in
amato meo. nā amatus meus oīa cōtinet/quare mū
310 dus est in amato: ⁊ non amatus in mundo. ¶ Ami-
ce dixerūt quem stultū reputas amatorem? respōdit
amicus: eū qui amat vmbrā: ⁊ nō curat veritatē. quē
diuitem? qui amat veritatē. quē pauperē? qui amat
falsitatem. an mundus amabilis? ita dixit sicut opus
propter artificē: ⁊ sicut nox ꝑpter succedentem diem
311 ¶ Alij amatores interrogabant amicū an amati ad
ipsum esset aliqua proportio? interrogate inq̄t supre
mum celū. nā ⁊ motus huius finitus est ⁊ amati mei
vigor infinitus: sed natura ꝑportione elongat et vo
luntas proportione equat. nam quāta est amati mei
mouendi voluntas: tanta est primi motus velocitas
312 ¶ Conquerebatur amicus suo domino de suo ama
tore et suo amato de suo domino. ⁊ dicebāt dominus
et amatꝰ/quis facit de nobis separationem qui vnū
et idem sumus? respondit amicus: pietas domini: et
313 tribulatio que prouenit ratione amati. ¶ Amicus
periclitabatur in magno pelago amoris et confide-
bat in auxilio sui amati: et dixit amatus/lacus amo
ris cōtrarius est alijs lacubus. nam saluatur qui ad
fundum peruenit: ⁊ qui emergit et foras egreditur/
ille perit/oppositum autem est in alijs. et ideo amicꝰ
314 a timore desistit. ¶ Gaudebat amicꝰ quia suꝰ ama-
tus erat. nam propter suum esse/est omne aliud esse/
et venit in esse/sustentatur in esse/ ⁊ obligatur ad lau
dandum ⁊ venerandum amati sui esse: quod nullum
aliud esse potest aut delere/aut minuere/aut augere.
315 ¶ Quid est esse amati tui? respondit est radius qui
resplendet in omni re: sicut sol in vniuerso orbe: quo
retracto rerum nox est: et quo extento rerum dies. itē
esse amati mei est fundamentum: in cuius similitu-
316 dine conseruatur vniuersum. ¶ Rursus interroga-
uerunt: quid est amici tui vnitas? Respondit est que
tria nectit in eternitate sine quacunq̄ nature aut sub
stantie distinctione/tria nectit in tempore: et si quid
vsq̄ perfectum est: in eo tria nectuntur vnitate.
317 ¶ Quanta est amoris fatue/amati tui bonitas? tan-
ta est dixit q̄ omne aliud bonum eius comparatio-
ne aut nichil est aut punctum: et omne quantum est
non quantū/et que cum sit sine diuisione triplex: tri-
plex habet in rebus diuisum vestigium/ vtile videli-
318 cet/delectabile/atq̄ honestum. ¶ Potestas ama-
ti mei dicebat amicus/qui te vult mensurare: tentat
cum nichil o numerum numerare. sed tu nichilū me-
tiris: cum tu ex nichilo aliquid efficis. cum tu igitur
sola id possis: apparet manifeste q̄ tu sola ex impio
319 iustum facis. ¶ Amicus in anxietate positus recla-
mauit veritatem amati sui: amara inquit veritas vi
sita contritionē cordis mei/et da aquam oculis me-
is: quia voluntas mea te amat. et quia tu veritas es
suprema/et peccatum est falsitas: adiuua voluntatē
meam/vt vincat peccata/que veritati sunt contraria
¶ Amicus respiciebat iridem et tres illi apparuerūt 320
colores. mira dixit trium distinctio: et penitus trium
eadem res. quomodo id inquit apparet in imagine:
si non subsistit in veritate? ¶ Creauit amatus/de- 321
struxit amicus: iudicauit amatus/ plorauit amicus.
recreauit amatus: consolatur amicus. consumma-
uit amatus operationem suam: et amicꝰ habet ama
ti sui societatem eternam. ¶ Per vias vegetatio- 322
nis/sensuum/imaginationis/intellectus/et volun-
tatis ambulabat amicus querendo amatum suum/
et in illis vijs patiebatur multas difficultates vt ele
uaret intellectum suum: sed illud erat ei periocundū
quia amatus suus vult vt sui amatores /vijs omni-
bus perquirant ipsum. ¶ Mouetur amicus in esse 323
per contemplationem / et mouetur in non esse per
peccatum: questio est quis horum duorum motuum
in amico naturaliter potentiam maiorem habet/ma
iorem ve effectum. ¶ Posuisti me amate inter ma- 324
lum meum et tuum bonum: ideo te oro ꝑ parte tua
sit pietas/misericordia/patientia/clementia/ venia/
adiutorium: et restauratio. ⁊ pro parte mea sit contri
tio/perseuerantia/et cum suspirijs/ lachrimis/gemi
tibus/et fletibus tue benedicte passionis memoria.
¶ Amate qui me facis amare: si me nō adiuuas. qua 325
re voluisti me creare: aut quare tormenta passus es
mortis tam amare? postq̄ tantum me adiuuisti ad
exurgendum: adiuua me ad descendēdum: vt odiam
peccatum / quo mee cogitationes melius ascende-
re possint ad te diligendum / laudandum / et hono-
randum. ¶ Amate dixit amicus creasti velle me- 326
um liberum ad te amandum/et tuos honores hono
randum: vt possint in volūtate mea multiplicari tui
amores. In ista libertate tu amare cepisti meam vo
luntatem: ergo in hoc mundi periculo recordare
mei / qui de voluntate libera tibi facio seruitutem.
¶ Amate nunq̄ ex te in amicum tuum venit culpa 327
aut peccatum/neq̄ sine gratia tua ⁊ venia venit vnq̄
in amicum tuum aliquid perfectum: ergo postq̄ ami
cus tuus te habet in tali possessione/ non obliuisce-
ris eius in quacunq̄ tribulatione.
¶ Amate qui vno nomine nominaris deꝰ et homo/ 328
in illo tuo nomine/te vult mea voluntas deum ⁊ ho
minem collaudare. tu amate tantum honoras ami
cum tuum absq̄ meritis suis/nominando et aman
do tuum nomen dulcissimum: quare non tātum ho
noras ignorantes homines qui ob suam ignoran
tiam minus sunt culpabiles/q̄ aliquando fui ad co
gnoscendum nomen tuum salutare: et ipsum nomi
nandum: tremendum/ ⁊ honorandum.
¶ Plorabat amicus dicens amato suo / non fuisti 329

auarus et illiberalis donando amico tuo esse: et ip-
sum recreando: et multas creaturas ad eius seruiti
um deputando. vnde ergo procederet amate: q tu (q
es suprema liberalitas) esses auarus amico in dan-
do fletus/cogitationes/sapiẽtiam et amores ad ho
330 norandos tuos valores? ¶ Odorauit amicus flo-
res: et memor fuit diuitum/ auarorũ/ luxuriosorum/
superborũ et ingratorũ: gustauit amicus dulcores: et
intellexit amaritudines (in exitu huius seculi) pos-
sessionũ temporaliũ. Sensit amicus gaudia: et intel
lexit breuem eorũ in hoc seculo transitum. anhelauit
ad temporalia bona: et intellexit ex concupiscentijs
in futurum eterna tormenta. et ideo statim amicus
331 omnia vana contẽpsit gaudia. ¶ In quadam ma
gna celebritate quoddam tẽplũ intrauit amicus: et
considerabat honorem qui impendebatur amato/ et
vidit q ei impendebatur dedecus: et incepit ad tur-
bam clamare. nolite insensati irreuerenter altaria tã
gere: quia sunt sũmi regis lectus. nolite sacrum septũ
introire. quia sunt eius thalamus: et icrepauit custo-
des: q tam negligẽter custodirent eius amati hono-
332 res. ¶ Dic amans/ quid est amor? respondit amicus
amor est viuentis mors et moriẽtis vita. est in die le-
ticia: et in morte tristicia. voluptas in patria: in pere-
grinatione meror. est suspirans absentia: et sine fine
333 gaudens presentia. ¶ Rursus interrogauerũt eum
an in die ambulabat: an in nocte? respondit: meus
amor michi est dulcedo amara et amaritudo dulcis
et lachrime mee testes sunt nondũ michi esse ortum
diem: sed (amore duce) ad patriam propero: vbi non
334 licet inuenire noctem. ¶ Inter tribulationes et gau
dia erat lectus amici: cum gaudio dormiebat/ et cum
tribulationibus exurgebat. questio illi facta est: cui
illorum amicus propinquior recumbebat.
335 ¶ In ira dormitauit amicus: quia metuebat amato
suo hominũ detractionem: et in patientia excitatus
est: cum meminit amati sui laudem. quesierunt ab a-
mico: an somnus/ an excitatio esset ei acceptior. et re
spondit in patientia inuenio requiem: in ira tribula
336 tionem. ¶ Cogitauit amicus de morte et timuit: do
nec illi in memoriam venit ciuitas amati sui: cuius a-
mor est mors/ sunt porte/ atque introitus.
337 ¶ De simplicitate disputabant duo adinuicem. vnus
dicebat: simplex est qui nichil scit: alter dicebat sim-
plex est qui sine crimine viuit: superuenit amicus et di
xit: vera simplicitas est/ que omnia facta sua cõfiden
ter amato meo cõmittit. simplicitas est que magis fi
dem q intelligentiã (in ijs que supra se sunt) magni-
facit: et que vana/ superflua/ curiosa et nimis subtilia et
presumptuosa in ijs que sunt amati mei: sũmopere
deuitat. quia illa contraria sunt simplicitati.
338 ¶ Rursus ambo interrogauerunt eũ: si ergo scientia
simpliciũ sit magna. respondit: scientia magnorum sa-
pientum ingens est aceruus et pauca grana: sed sciẽ
tia simplicium modicus est aceruus: sed grana innu-
mera. nam neque presumptio/ neque curiositas/ neque ni
mia subtilitas addit ad simplicium aceruũ. quid fa-
ciunt presumptio et curiositas? respondit amicus: va
nitas est mater curiositatis: et superbia presumptio-
nia. et ideo eadem faciunt: que faciũt vanitas et sup-
bia. et per curiositatem et presumptionem inueniuntur
amati mei hostes: sicut per simplicitatẽ eius acquirũtur
amores. ¶ Conquerebatur amicus suo amato de tẽ 339
tatiõibus sibi indies occurrentibus: disturbantibusque
suos cogitatus. cui respondit amatus: tẽtationes oc
casionem esse/ qua ad deũ recurrimus: et qua suas gra
tiarũ infusiones honoramus. ¶ Perdidit amicus 340
vnũ iocale quod multũ diligebat: et perditionẽ illius
satis impatiẽter ferebat: et questionẽ ei formauit ama
tus: vtrũ magis illi profuerat iocale quod habuerat:
an magis nocuerat patientia quam perdiderat?
¶ Ibat amicus et dicebat/ primũ corpus a nullo con 341
tinetur et oĩa cõtinet: et primus motus nõ continetur sed cõ
tinet alios motus omnes: quis ergo non videt quo
modo meus amatus (cum sit omniũ omnino primus)
omnia continet: et a nullo continetur?
¶ Corã amico quadam die detrahebant amato/ id 342
autem amicus audiebat ac tacebat: questio igitur for-
mata est: vtrum maius habuerint peccatum: an illi
detrahendo/ an amicus tacendo? ¶ Recolebat ami 343
cus sua peccata: et ob metũ gehẽne voluit plorare: et
plorare nõ potuit: petijt ab amore lachrimas: et sapiẽ
tia illi respõdit vt sepius et fortius ploraret ob amati
sui amorẽ q ob penarũ formidinem. quia magis illi
placent fletus propter amorem/ q fletus qui fundun
tur ob timorẽ. ¶ Obediuit amicus sapientie/ et vno 344
oculo plorauit plures et grossiores lachrimas propter
amorem: et altero pauciores et minores propter ti-
morem: vt suo amato maiorem faceret honorem per
amorem/ q per timorem: et fletus propter amorem
dabat ei consolationem ac requiem/ fletus autem pro
pter timorem dabat dolorem et tribulationem.
¶ Dum amicus contemplaretur amatum suũ/ intel 345
lectus acuebatur contemplatione/ et volũtas succẽ
debatur amore/ quibus eius memoria fecũdabatur vbe-
rius/ ad memorandum amatũ suũ. ¶ Cũ timore et 346
feruore ambulabat amicus ad honorãdũ amatũ suũ.
feruor illũ portabat/ et timor cautũ faciebat: et ita am
bulantẽ amicũ/ amatus per suspiria et fletus saluta
bat. quesitum est ab amico quod illorum quattuor
maius gaudium tribuerat: respondit amicus fletus
et lachrimas esse feruoris ebullitionem et feruorem
esse ignem: timorem autem custodem.
¶ Interrogauerunt amicum quomodo cor homi- 347
nis se conuertit ad amandum suũ amatum? sicut in
quit ad solem se cõuertit heliotropiũ: quomodo igi-
tur non omnes amant amatum tuũ? respondit: quia
ijs qui non amant: nox est adhuc per peccatum.

348 ¶Theologia/philosophia/medicina/et ius obuia=
uerũt amico:a quibꝰ interrogauit nũciũ de suo amato.
Theologia inueniebat/philosophia inquirebat/ me
dicina conijciebat/ꝛ ius deliberabat: queritur quid
de amato vnaqueqꝫ dictarũ dominarũ indicabat.
349 ¶Obuiauit amicus cuidã diuinatorio astrologo ꝛ
interrogauit q̄d esset sua astrologia : q̄ dixit scientia
ad sciendũ futura.falleris inquit amicus:nõ est scien
tia/sed sciẽtie fallacia.necromantie ꝛ phithomantie
velamentũ/pseudo ꝓphetia/infamãs sũmi opificis
artificiũ/semꝑ maloꝝ nũcia:quã amati mei repro=
bat ꝓuidẽtia/loco maloꝝ(q̄ ipa minatur)impartiẽs
350 bona.¶Ibat amicus clamãs o q̃ vani sunt ĩ mun
do multi homĩes/q̄ curiositatẽ sequũtur aut ꝑsũptio
nẽ.nã ꝑ curiositatẽ incidũt in maximã omniũ impie
tatem/nomibus dei abutentes/malos spiritus tãq̃
bonos angelos exorcismis ꝛ imꝑcationibus inuocã
tes/nomiã dei ꝛ bonoꝝ ãgeloꝝ illis tribuẽtes/ꝛ san=
cta ꝓphanãtea ꝑ caracteres/ꝑ figuras/ꝑ imagines.
ꝑ ꝑsumptionẽ vero oẽs in mũdo seminate sunt here=
ses.ꝛ plorauit amicus vehementer : propter tantas
iniurias quas aduersus amatum committunt igno
351 rantes homines. ¶Dicas amoris fatue:quis ma=
ior et nobilior amor qui sit in creatura ? respondit il=
le qui vnus est cum creatore.nã non habet cum quo
352 possit magis creaturam nobilitare. ¶Ingressus est
amicus claustrũ religiosoꝝ et interrogauerũt eũ : an
esset religiosus?respõdit eis sic:amati mei. quã regu
lã sequeret?respõdit amati mei.cui vota fecisset? re=
spondit amato.an haberet volũtatẽ? dixit non.nam
amatus meꝰ habet illã.an aliq̄d addidisset ad ama
ti sui regulã?respõdit:nichil eẽ addẽdũ ad ꝑfectionẽ
et cur etiã cũ sitis religiosi : nomẽ nõ portans amati
mei/ne cũ aliud portetis:amorẽ minuatis. ꝛ cũ alte=
rius vocẽ audiatis:amatũ meum non intelligatis?
353 ¶Audiebat amicus detrahi amato suo : in qua de=
tractione intellectus eius iustitiã ꝛ patientiã ama=
ti sui videbat.quia iusticia detractores puniebat : et
patiẽtia ipsos ad cõtritionẽ et penitentiã expectabat
et dixit magne clemẽtie est amatus: qui(si velint)bo
354 na eterna etiã preparat hostibus. ¶Quadã die re=
spiciebat orientẽ ꝛ occidentẽ/meridiẽ estiuũ:ꝛ meri=
diẽ hiemalẽ:ꝛ cognouit amati sui signũ:et ideo ama
ti sui signũ fecit insculpi:ꝛ in qualibet quattuor extre
mitatũ/lapidẽ preciosum tanq̃ solẽ quẽdã splendi=
dissimũ collocari: et iugiter supra se portabat : et si=
355 gnũ recordationẽ veritatis faciebat. ¶Varia loca
visitabat amicus/ꝛ inuenit multos gaudentes/ ridẽ
tes/cantãtes/et in omni solatio viuentes: questio or
ta est/an magis in hoc mundo ridendũ sit an ploran
dũ?venerũt virtutes:vt questionis huius essent iudi
ces.dixit fides/plorandũ est:quia plures sunt infide
les q̃ fideles.dixit spes/plorãdũ est: quia pauciores
sperant in deo:et in terrenis bonis sperãt plures. di
xit charitas/plorandũ est:quia tam pauci dei et pro=
ximi sunt amatores:cetere virtutes sequebantur : et
idem precipiebant omnes. ¶Egrotauit amicus:et 356
cũ cõsilio amati sui testamentũ condidit : culpas et
peccata contritioni ꝛ penitentie reliquit/delectatio=
nes tẽporales vilipẽdio ꝛ spretui/fletus ꝛ lachrimas
suis oculis:suspiria ꝛ amores suo cordi :ꝛ suo intelle
ctui pulchritudinũ cõtemplationes sui amati. ¶De 357
morte cogitabat amicus et dixit:Regina celi cũ mi=
chi erit moriendũ:expande sinũ tuũ in quo dulcissi=
mũ meũ reclinasti amatũ:ꝛ nõ timebo omniũ hosti
um vniuersum insultũ. ¶Quãto arctiores sunt vie 358
ꝑ quas amicus icedit ad amatũ suũ:tãto ampliores
sunt amores. ꝛ quãto strictiores sunt amores: tanto
ampliores sunt vie. ꝛ ideo q̄ ꝑlatas huiꝰ mũdi vias
querũt incedere:euenit vt ipi aut nichil aut parũ pos
sint amare. ¶Congregati erant multi amatores/ et 359
interrogauerunt quẽdã nunciũ amoris: vbi et ĩ qua
re corerat maxime deuotione ꝛ amore inflãmandũ.
respondit nũcius amoris:in templo amati se humi=
liando toto posse:et adorãdo amatũ.quia ipse vnicũ
est sanctum sanctoꝝ.et ideo qui hoc nesciebant face=
re : nesciebant legitime amare. ¶Probauerũt ama 360
tores nũciũ amoris/et dixerũt q̃ irent ꝑ mũdũ et cla
marẽt vt adoratores colerent seruitores vt seruito=
res:et dominũ vt dũm : vt melius valeant exaudiri
sue preces . quia nullũ oportet plus amare q̃ ama=
tum:et in nullo plus q̃ in amato confidere. ¶Dicas 361
amator:quid sunt tue tribulationes/fletus/ suspiria/
luctus/labores et pericula in amato?respondit ama
ti delectatio.et interrogauerũt rursum quare amati
delectatio? quia sunt vt magis amatus diligatur et
vt plus amico retribuat. ¶Petitũ est a nũcio amo= 362
ris:vnde essent amato tot inutiles seruitores: q̄ ma=
gis viles sunt/abiecti/et contẽptibiles / q̃ homines
seculares . respondit nuncius amoris / id vicio eorũ
ꝓuenire:qui habent summo amato(qui rex regũ est)
seruitores prouidere:qui neqꝫ scientiam/neqꝫ vitam
neqꝫ mores eorũ vt oportet exquirũt. et quos nollẽt
in stabulo:sinũt vt magno regi seruiant in palatio/ ꝛ
in sue mense purissimo ministerio. vnde debent du=
ras timere retributiones:cũ vocabũtur ab amato ad
reddendas rationes. ¶Interrogauerũt amicum in 363
quo erat maior amor:an in amico qui viuebat/ an in
amico qui ob amorẽ e mũdo emigrabat. dixit ĩ ami=
co qui emigrabat.nam non potest esse maior/in ami
co qui deficit ob amorem:et potest esse maior in eo q̄
viuit ob amorem. ¶Questionem ꝓposuerunt ami= 364
co:vbi moritur amor?respondit amicus:in delectati
onibus huius seculi.vbi viuit et nutritur amor? ĩ co
gitationibus alterius mundi. proposuerunt ergo q̄
interrogauerunt fugere hunc mundum: vt alterius
mundi cogitationes multas inuenirent/vnde viue=
ret amor/et viuentem enutrirent.

365 ¶ Dicas amoris fatue quid est hoc seculũ? respondit est amati mei/carcer amatoꝝ. quis ponit eos in carcere? respondit ex vna parte conscientia/timor/amor/renũciatio seculi: cõtritio: ⁊ ex altera viliũ hominũ multitudo/vilipẽdium/cõtemptus/irrisio/et omnis iniuria que fit amato. quis eos soluit? misericordia/pietas/⁊ iusticia. vbi eos collocat? respondit in beatitudine eterna: vbi veroꝝ amantiũ est iocũda societas/sine fine amatũ amatorũ certatim laudantiũ/benedicentium/et glorificantiũ: cui sit laus/honor/gloria/virtus/potestas/et amor in seculorum secula. Amen.

¶ Libelli blaquerne de amico ⁊ amato Finis.

¶ Impressũ est hoc opus Parisijs pro Joanne paruo/mercatore morãte in vico sancti Jacobi/in leone argẽteo: e regione Maturinoꝝ. Anno saluatoris veri amati/⁊ vere hominum amatoris. M.ccccc.v.x. Decembris.

¶ Index eorum que in hoc opere pius eremita Remũdus distinctionatim ptractat: religiosas ac deo dicatas mẽtes nõ parũ promotura.

¶ Finis.

¶ Deo rerum omniũ cõditori gratie.